(c) *Vide supra verb. Marido, que se ausentou depois de accusar sua mulher de adulterio, he logo a mulher solta.*

(d) *Vide supra verb. Marido, que accusa sua mulher de adulterio, se fallecer, nem por isso fica extinta a accusação, ubi remissivè agitur: An decedente muliere, possit adversus illam accusatio prosequi? Quid autem si mulier decedat ante institutam accusationem, an possit maritus postea adversus adulterum querelare? affirmativè resolvit Gom. in L. 80. Taur. n. 72., Azeved. lib. 8. Nov. Recopilat. tit. 20. L. 2. n. 3., & decisum refert Cabed. p. 1. dec. 161.*

(e) *Si mulier aliqua negaverit matrimonium, & propter hanc negationem poenam adulterii evaserit, aut aliqua alia ratione per sententiam obtinuerit illum non esse suu n virum; tunc postea, si pertendat communicationem bonorum, non poterit amplius admitti ad probandum illum esse suum virum, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Molin. de Just. & Jur. tract. 2. diff. 422. n. 6., Cald. de Empt. & Vendit. cap. 33. n. 20. prop. fin., Guerrear. tract. 2. de Division. lib. 6. cap. 12. n. 44.*

(f) *Ad materiam hujus Ordinationis vide Basilic. dec. 17., Fermo. Allegation. Fiscal. p. 2. alleg. 13. à n. 66., Cortiad. dec. 8. n. 112., & dec. 30. n. 169., & dec. 144. n. 36. & 38. usq. ad 44., Cald. dec. 76., August. Barbos. ad Text. in cap. Ex parte. 15. n. 2. de For. compet., Cabed. p. 1. dec. 98. n. 5., Thom. Vaz alleg. 44. à num. 15., Peg. tom. 4. ad Ord. pag. 40. num. 75.*

*Et an privilegium hujus Legis competat etiam viuis illarum personarum, quæ privilegium Senatorum habebant? affirmativè resolvit Cabed. dec. 213. num. 16., Barbos. in L. Quia tale. 14. n. 23. ff. de Solut. matrim., Reynos. observ. 3. n. 10., & ita judicatum refert Peg. tom. 12. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. n. 6. in favorem Comitissæ de Vimioso. Sed contrarium judicatum fuisset adversus Comitissam de Pontevel, refert Senator Oliveira in sequenti Nota ad hunc §. Nota, que neste §. se falla especialmente nas viuvas dos Desembargadores das Casas da Suplicaçāo, e do Porto: donde infiro, que as viuvas dos outros Oficiaes, de que trata no principio, e §§. seguintes, naõ conservão os privilegios; e assim se julgou no Juizo da Coroa contra a Condesa de Pontevel, viuva do Conde, que tinha o privilegio de Desembargador, naõ gozava do privilegio, por ser privativamente concedido ás viuvas dos Desembargadores, e naõ ter extensão.*

(a) *Vide*

Mulheres useiras de bradar, podem ser coimadas pelos homens da Alcaidaria, *liv. i. tit. 74. §. 20.* (a)

Mulher, que for corrompida de sua virginidade em lugar ermo, de dia, ou de noite, e bradar logo, dizendo: *Foaõ me fez isto*, mostrando signaes do corrompimento; e fendo o dito *Foaõ* visto por algumas pessoas, e mostrado por ella, fica o malefício provado, *liv. 5. tit. 135. §. 2.* (b)

Mulher accusada de adulterio, que se não provou, ganha os bens do marido, *ibid. §. 7.*

Mulher, que foi absoluta do adulterio, por se não provar o casamento, não vence os bens do marido, *ibid.*

(a) Vide que supra notavimus in verb. *Alcайд mбрleva das penas, que саõ postas ás mulheres useiras de bradar, cento e oito reis de coima, &c.* Et nota, quod istae mulieres vociferantes, & meretrices, seu scandalum vicinis facientes, possunt à vicinia expelli, ut dicit Gom. *lib. 3. Var. cap. 6. num. 17. in med. , & L. 62. Taur. n. 3. versic. Item adde.*, Gratian. *For. cap. 962. n. 16.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 1. disp. 4. §. 16. n. 183.*, Valenzuel *conf. 34. n. 185.*, Ægid. *de Privileg. honestat. artic. 9. n. 6.*, August. Barbos. *ad Text. in cap. Propter sterilitatem. 3. de Locat. n. 37.*, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 5. rubr. 40. per tot.*, Farinac. *in Fragment. lit. M. n. 407. ubi in n. 408.* intelligit hoc procedere, quando petitur expulsio ad instantiam vicinorum habitantium in ipsa vicinia, licet domus, quas inhabitant, sint alienæ; non verò ad instantiam dominorum earundem domuum, quas ipsi non inhabitant, sed aliis locant; hoc enim jus expellendi meretrices ex vicinia, dicit competere ratione habitationis, & vicinitatis, non autem dominii ipsarum domum; idem tenet August. Barbos. *in d. cap. Propter sterilitatem. num. 37. de Locat.*, & idem Farinac. *in n. 409.* advertit etiam, quod hoc jus expellendi meretrices à vicinia, procedit tantummodo in muliere soluta, non autem in muliere uxorata, nisi publicè quæstum faceret, mariunque lenonem haberet; & idem tenet Ægid. *d. artic. 9. n. 11.*, August. Barbos. *in d. cap. Propter sterilitatem. n. 40.*, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 5. rubr. 40.*

Et etiam favore Ecclesiæ potest meretrix expelli à domo etiam propria, si habitet prope Ecclesiam, vel Monasterium Monialium; August. Barbos. *de Jur. Ecclesiast. tom. 2. cap. 13. n. 56.*, Velasc. *de Privileg. miserabil. person. tom. 2. q. 8. n. 209.* Sed adverte, quod antequam ad expulsionem procedatur, debet intervenire cognitio causæ, & monitio, ne vicinos perturbet, cum comminatione expulsionis, ut judicatum tenet Phæb. *p. 1. art. 161.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 1. lib. 2. disp. 4. §. 16. num. 183.*

(b) De Jure Divino, mulier, quæ vi opprimebatur in civitate, debebat clamare, & si non clamabat, lapidibus obruebatur tamquam adultera, nec pertextu violentiæ poterat excusari, ut erat dispositum in Lege Exodi *cap. 22. versic. 24.* Si verò violentia fieret in agro, non tenebatur clamare, cum nullum adeste credebat, qui eam eriperet, ac defenderebat, ut *ibid. versic. 26.*, de quo vide Gall. *de Finc. disp. 3. artic. 1. n. 48.*

Sed iste mulieris clamor dispositum erat ad evadendum illius delictum, de quo exonerari poterat, ex defectu consensus, & propter violentiam sibi illatam. Sed in hac Ordinatione agitur de clamore mulieris vim patientis, ad probationem aggressoris; nam si aliquo loco audita fuerit mulier clamans, & ostendens aggressorem fugientem, seu transiunt, vel stantem, &

Mulher casada de feito, e não de direito, que comette adulterio, tem a mesma pena de morte, *liv. 5. tit. 26.* (c)

Mulher, que não he casada, mas está em fama de casada com alguém, e dorme com outro, não tem pena de morte, *ibid. §. 1.* (d)

Mulher, que casa com dous maridos, que morra por isso, *liv. 5. tit. 19. §. 3.* (e)

Mulher, que he culpada por casar duas vezes, será mettida a tormento, se negar o segundo matrimonio, *liv. 5. tit. 19. §. 3.*

Mulher, que anda no Paço se alguém dormir com ella, perde a sua fazenda, *liv. 5. tit. 16.* (f)

Mulher,

ipsa mulier reperiatur stuprata, præsumptio est contra illum, ut disponitur in hac Ord., & ex multis tenet Mascard. *de Probat. vol. 1. concl. 23. n. 2.*, Farinac. *in Prax. crimin. q. 52. n. 158.*: & licet idem Farinac. *in n. 159.*, & *n. 160.* dicat, quod ex vociferatione probatur delictum, sed non delinquens; attamen nostra Ordinatio contenta fuit hac probatione contra delinquentem; quia ex vociferatione mulieris, & ex inspectione delinquentis in eodem loco, præsumit delictum, & super hac præsumptione statuit jus; & ideo apud nos hæc præsumptio est juris, & de Jure, ut supra diximus in verb. *Mulher accusada de adulterio, que foi absoluta por falta de prova, &c.*

(c) Vide supra verb. *Dormindo alguém com mulher casada de feito, e não de direito, &c.*

(d) Vide verb. *Dormindo alguém com mulher, que está em fama de casada, mas não o he, &c.*

(e) Vide supra verb. *Crime de bigamia, quem o cometer casando com outra mulher, &c.* Et nota, quod plures habere uxores, vel plures habere maritos prohibitum est, non solum Jure Canonico, & Civili, sed etiam Di-  
vino, Euangelico, & naturali, ut tenent Covarr. *in Epitom. de Sponsal. p. 2. cap. 7. n. 1. & 2.*, Menoch. *de Arbitr. lib. 2. cap. 420. à num. 1. cum seqq.*, Sanch. *de Matrimon. lib. 7. disp. 80. n. 1. & seqq.* Et ad cohibendum hoc detestabile crimen, variae fuerunt poenæ à Jure indictæ, quas recenset Farinac. *in Prax. crimin. q. 140. à n. 3. usque ad 10.* Sed nostra Ordinatio poenam mortis statuit, amplectens Juris communis dispositionem *in L. Uxor. Cod. de Repud.*, Menoch. *d. cap. 420. num. 102. & seqq.*, Farinac. *d. q. 140. num. 3.*

Sed cum iste casus sit mixti fori, ut supr. ostendimus in d. verb. *Crime de bigamia, quem o cometer casando com outra mulher, &c.* si integrissimi Inquisitores Fidei præventionem consequuntur per capturam Reorum, solent eos poena fustigationis ac exilii, seu relegationis punire, ut tenet Farinac. *d. q. 140. n. 10.* Ait tamen Fermosin. *in cap. Cum sit generale. 8. de For. compet. q. 11. n. 5.*, quod si bigamus non fuerit in Judicio Ecclesiæ condignè punitus, poterit in Judicio seculari iterum puniri; ex Covarr. *lib. 2. Var. cap. 10. n. 6.*, Jul. Clar. *in Prax. crimin. §. fin. q. 57. ad fin.*, Gom. *lib. 3. Var. cap. 1. n. 40.*

Quid autem si mulier verosimiliter credit primum virum esse mortuum, an per hanc credulitatem excusat à poena, vide latissimè, & omnino Farinac. *in Prax. crimin. q. 140. p. 2. ex n. 142. cum seqq.*

(f) Iste coitus cum famula, seu domicella in Palacio Regis inserviente est punibilis, & damnatus ex hac Ordinatione, ut ait Peg. *post tom. 5. de Majorat. in tract. de Spuriis. glos. 3. n. 32.*, ubi refert magnum severitatis, & justitiae exemplum, à Rege Joanne I. exequutum, in casu hujus Legis, quod memorat Faria *in Europ. Lusitan. tom. 2. p. 3. cap. 1. n. 116. pag. 298.*

(a) Cum

Mulher, que finge ser prenhe, sem o ser, e dá o parto alheyo por seu, he degradada para sempre para o Brasil, e perde todos os seus bens para a Corôa, *liv. 5. tit. 55. in princip.* (a)

Mulher, que faz fiança por outrem, go-

za do beneficio de Velleano, *liv. 4. tit. 61. (b)*

Mulher, que for fiadora de dinheiro, que alguma pessoa se obrigasse a pagar para remir algum captivo, não goza do Velleano, *ibid. §. 1. (c)*

Mulher,

(a) Cum suppositio partus sit falsitas, poena etiam falsi punitur, qui partum supponit; Menoch. de *Presumption lib. 5. presumpt. 24. n. 1.*, Farinac. de *Falsit. & simulat. q. 150. p. 10. n. 139.*, Gom. in *L. ult. Taur. n. 12.*, Carranz. de *Part. cap. 5. n. 11.*, Portug. de *Donat. Reg. p. 3. cap. 33. n. 8.* Quae poena de Jure antiquo erat mortis, ex *Text. in L. 1. Cod. Ad L. Cornel. de Fals.*, ut notant supra citati DD., Calder. dec. 61. n. 7.

Sed cum haec falsitatis poena desisset esse capitalis, eodem modo poena hujus criminis etiam desit esse capitalis, ut ex Carranz. de *Part. cap. 5. n. 12.* notat idem Portug. d. cap. 33. n. 8.; & cum hodie poena hujus criminis sit deportationis, Farinac. d. q. 150. n. 242., ideo nostra Ordinatio hanc poenam exilii perpetui in Brasiliam cum publicatione bonorum imposuit adversus supponentem partum; quam poenam esse deportationis tradit Thom. Vaz alleg. 13. n. 18., Portug. de *Donat. Reg. d. cap. 33. n. 8. in fin.* Et haec accusatio partus suppositi potest institui etiam post mortem matris adversus complices delicti, ut tenent Petr. Gregor. *Syntagma. jur. lib. 36. cap. 3. n. 5. versic.* Neque interest., Carranz. de *Part. cap. 5. sect. 1. n. 39.*, Farinac. d. q. 150. n. 244., Portug. de *Donat. Reg. d. cap. 33. n. 11.* Et de conjecturis, quibus hoc delictum probari possit, vide Carranz. de *Part. d. cap. 5. sect. 2. à n. 56.*, Farinac. in *Prax. crimin. d. q. 150. à n. 246.*, Menoch. de *Presumpt. lib. 5. presumpt. 24.*, Calder. tom. 2. dec. 61. ex n. 20.

(b) Cum sexus muliebris sit levis, & imbecillis, & naturali quodam vitio mulieres magis imprudentes, mendacesque sint, quam viri, ejusque consilium contra propria commoda laboret, ideo beneficio Senatus-consulti Vellejani illis succurritur adversus fideiustitionem, quam pro aliquo fecerint, ut à tali obligatione releventur, sicut disponitur in hac Ordinatione, & in *tot. Tit. ff. & Cod. Ad S. C. Vellejan.*, & tenent Hering. de *Fideiustor. cap. 7. à num. 389. cum seqq.*, Merlin. *Controv. For. lib. 1. cap. 55. n. 1.*, Azeved. in *lib. 5. nov. Recopilat. tit. 3. L. 9. n. 1.*, Manz. in *tract. rational. de Fideiustor. cap. 3. regul. 1. n. 2.*, Staib. *Resolut. For. tom. I. resolut. 42. n. 1.*, Hodier. ad *Surd. dec. 164. n. 1.*, praeter alios, quos supra retulimus in verb. *Fiança, que a mulher faz por outrem, pode ser relevada della pelo beneficio do Velleano.*

Quae dispositio locum obtinet, non solum in foro civili, sed etiam in foro conscientiae, itaut tuta conscientia possit mulier denegare solutionem ejus, quod fideiustubendo promisit; Layman in *tract. de Pact. & Contract. cap. 29. n. 5.*, Gom. lib. 2. Var. cap. 13. n. 16. versic. Et in *transum.*, Manz. in *d. tract. de Fideiustor. d. cap. 1. reg. 1. n. 3.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 540. n. 2. in princ.*, Sanch. de *Matrim. lib. 4. diff. 9. n. 14. versic.* Dixi consulto, Hering. de *Fideiustor. cap. 7. n. 526.*

Et hoc beneficium S. C. Vellejani, cum sit amplissimi ordinis, non solum competit mulieri, quando se obligat pro quacunque persona extranea, sed etiam quando se obligat pro patre, vel filio, vel fratre, vel focero, seu aliis conjunctis personis, ex *L. Si paternam. 8. Cod. Ad S. C. Vellejan.*, refert judicatum Thesaur. *For. dec. 233. n. 5.*, Petr. Barbos. in *L. 1. part. 5. n. 57. in fin. ff. de Solut. matrim.*, Hering. de *Fideiustor. cap. 7. num. 397.*, Gutierrez. de *Juram. confirmat. p. 1. cap. 55. n. 5.*, August. Barbos. in *Autb. Si qua mulier. n. 14. Cod. Ad S. C. Vellejan.*

Nec etiam pro marito validè mulier obligatur, si ve in civili, sive in criminali causa, ex *L. 1. Cod. Ne uxor pro marito. L. 2. in princ. & §. ult. ff. Ad S. C. Vellejan.*, Gom. in *L. 61. Taur. ex n. 2.*; nam quando mulier simul cum marito, vel pro illo se obligat, præsumitur summa totam ad maritum pervenisse, ut pluries judica-

tum tradit Gam. dec. 131., Azeved. in *d. L. 9. nov. Recopilat. n. 7.*, Hering. de *Fideiustor. d. cap. 7. n. 402.*, Barbos. in *L. 1. p. 5. n. 55. ff. de Solut. matrim.*, Gratian. *For. cap. 576. n. 33. & 34.*, Olea de *Ces. iur. & act. tit. 5. q. 3. n. 3.*, Cyriac. *Controv. 215. n. 7. & 8.* In jure enim absolutissimum est, quod ubicumque mulier obligatur cum alio, seu pro alio, scilicet, viro, filio, aut extraneo, quamvis tanquam principalis se obliget, semper præsumitur pecuniam fuisse versam in alterius commodum, idcirco semper habet locum exceptio S. C. Vellejani, ut ait Merlin. *Controv. For. lib. 1. cap. 55. num. 3.*, Staib. *Resolut. For. tom. I. resolut. 42. n. 3.*

Si autem constet pecuniam fuisse versam in utilitatem uxoris, tunc non juvabitur exceptione S. C. Vellejani, ex *Text. in Autb. Si qua mulier. Cod. Ad S. C. Vellejan.*, Hering. de *Fideiustor. d. cap. 7. n. 405.*, Staib. *tom. 2. Centar. 2. resolut. 177. n. 30.*, Gutierrez. de *Juram. confirmat. p. 1. cap. 55. n. 1.*, August. Barbos. *ad Text. in Autb. Si qua mulier. n. 4. Cod. Ad S. C. Vellejan.*, & probatur ex *Ord. lib. 4. tit. 48. §. 4.*; dummodo tamen haec utilitas non sit de his, ad quae maritus de Jure tenebatur, ut declarat Azeved. in *d. lib. 5. nov. Recopilat. tit. 3. L. 9. n. 7.*

Et haec utilitas uxor debet probari expressè, non enim sufficit, quod fiat per confessionem ejusdem mulieris factam in instrumento, ut probat Merlin. *d. cap. 55. n. 13.*, Staib. *d. resolut. 42. n. 7.*, Noguerol *alleg. 29. n. 222.*, Cyriac. *tom. 2. Controv. 215. n. 12.*, Mantic. de *Tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. n. 44.*, Conciol. *alleg. 30. n. 7.*, Berlich. *tom. 2. concl. 19. n. 74.*, Gallerat. de *Renuntiat. p. 2. centur. 1. renuntiat. 63. n. 9.* Si vero mulier simul cum viro pecuniam accipiant, vel ab illis acceptam esse fateantur, nunquam præsumitur versa in utilitatem uxor, nisi aliunde probetur expressè; Harppr. *in princ. Inflat. Quib. mod. re contrah. oblig. d. n. 51.*, August. Barbos. *Vot. 18.*, Conciol. *alleg. 30. n. 7.*, Egid. *in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 5. n. 15.*, Gabr. Per. *dec. 125. n. 3.*, Maced. *dec. 24.*, ubi innumeros refert.

Et nota, quod haec exceptio Vellejani potest opponi etiam post sententiam ad impedientiam illius executionem; Manz. de *Fideiustor. d. cap. 3. reg. 1. n. 9.*, Carlev. de *Judic. tit. 3. diff. 17. n. 7.*, Gom. *lib. 2. Var. cap. 13. n. 16. in fin.*, Voet. *ad Pandect. lib. 16. tit. 1. n. 4.*

(c) Supra posita regula, scilicet, quod mulier gaudeat beneficio Vellejani, quando se obligaverit pro alio, ad hoc, ut possit relevari ab obligatione solvendi, limitatur in pluribus casibus. Et prima limitatio est, quando mulier, tanquam fideiustor se obligavit ad aliquid solvendum pro libertate alicujus captivi, ut disponitur in hac Ordinatione, & probatur ex *Text. in L. Veterum. 24. Cod. Ad S. C. Vellejan.*, ubi plures DD. id afferentes adducit August. Barbos. *n. 2.*, Hering. de *Fideiustor. cap. 7. n. 437.*, Manz. *in tract. rational. de Fideiustor. cap. 3. regul. 1. n. 20.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 540. n. 14.* Et hoc favore libertatis sancitum esse testantur omnes supra citati Doctores.

Quae dispositio vires obtinet etiam casu, in quo mulier se obligat pro aliqua causa pia, ut tenent Gratian. *For. c. ip. 108. n. 23.*, & *cap. 669. n. 22.*, & 23., Sabel. in *§. Senatusconsultum*, sub *n. 4.*, & talis reputatur ad hunc effectum causa studiorum, vel alimentorum; Manz. *d. cap. 3. n. 22.*, Brunem. *ad Pandect. ad Text. in L. Si mulier. 16. ff. Ad S. C. Vellejan. num. 6.*, Novar. *de Privileg. miserabil. personar. privileg. 113. n. 19. 20. & 21.* Et hoc etiam procedit, quando mulier se obligat pro redimendo à captivitate, vel excarcerando marito; Manz. *d. cap. 3. n. 43.*, Gam. *dec. 318. n. 1.*, Petr. Barbos. *in L. 2. in princ. p. 2. n. 11. ff. de Solut. matrim.*, August. Barbos. *in Autb. Si qua mulier. n. 16.*

Mulher, que for fiadora de algum dote promettido para casamento, naõ goza do beneficio do Velleano, *liv.4.tit.61.§.2.* (a) Mulher, que enganosamente se obrigasse por fiadora, vestindo-se em trajes de homem para defraudar o créedor, naõ poderá valer-se do Velleano, *ibid. §.3.* (b) Mulher, que se obriga a outrem por causa, que a ella pertence, naõ se pôde valer do Velleano, *ibid. §.4.* (c) Mulher, que foi fiadora, ou se obrigou por

alguma pessoa, e ao depois a dita pessoa falecer, ficando a mesma mulher por sua herdeira, em parte ou em todo, ficará obrigada pela parte, em que for herdeira, sem se poder valer do beneficio do Velleano, *ibid. §.5.* (d)

Mulher, que for fiadora de alguma pessoa, e depois receber a quantia, por que se obrigou, ou fez a fiança, ficará obrigada a essa mesma quantia, sem se poder ajudar do Velleano, *ibid. §.6.* (e)

Mulher,

*n.16. Cod. Ad S. C. Vellejan., Velasc. de Privileg. misérabil. personar. quest. 16. n. 48., Conciol. ad Statut. Engub. lib. 2. rubr. 45. n. 25., Andreol. Controv. 276., latè Gratian. For. tom. 5. cap. 952., ubi ampliat, etiam si nondum maritus sit carceratus, sed adsit carcerationis timor; Gom. lib. 2. Var. cap. 13. n. 19., Card. de Luc. tit. de Alienat. disc. 31. sub n. 16., & disc. 64. per tot.*

Sed totius erit recurrere ad Regem, ut dispenset in hoc casu, ut practicatum fuit in alio, qui transcribitur à Senatore Oliveira in sequenti Nota ad hanc Ord. §. 9., ibi: *Diffenson El-Rey nestá Ordenação para D. Joanna Maria de Meirelles, e D. Brites de Lima serem fiadoras, e obrigarem seus bens por seu pay, e fogro Belchior de Meirelles, que estava preso por grande divida; de que se passou Alvará em 30. de Abril de 1689., e está registado no Livro dos Ofícios da Chancelaria fol. 32.vers. 5; porém seu o concurso de todas estas circunstancias não deve ser facil esta concessão. Depois vê concedido, e votei que se concedesse a huma mulher para obrigar seus bens para sua filha ser tutora de seus filhos, netos da que se obrigava.*

(a) Secunda limitatio est, quando mulier fidejubet in contractu, quo quis obligatur ad solvendam dotem pro matrimonio celebrando; quia tunc efficaciter obligatur, quin ei prodesse possit beneficium S.C. Vellejani, ex Text. in L. fin. Cod. Ad S.C. Vellejan., ut declarat haec Ordinatio, & tenent Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 456. & seqq., & signanter n. 459., Petr. Barbos. in L. 1. p. 1. n. 17. ff. de Solut. matrim., Merlin. Controv. For. lib. 1. cap. 56. n. 4. 8. & 9., Gom. in L. 50. Taur. n. 26., August. Barbos. in L. fin. n. 1. & 2. Cod. Ad S.C. Vellejan., Manz. in tract. de Fidejusor. cap. 3. regul. 1. n. 21., Card. de Luca tit. de Dot. disc. 19. à n. 19., Boff. de Dot. cap. 9. à n. 93., Guerreir. de Division. lib. 7. cap. 1. n. 29.

Si tamen mulier obligetur simul cum marito, non pro dotanda communi filia, sed pro dotanda alia muliere extranea, vel filia mariti, poterit tunc juvari beneficio Vellejani; quia in hoc casu non agitur de simplici Vellejano, sed de nullitate obligationis, ex eo quia mulier fidejussit pro marito; & dispensatio facta in uno casu non trahitur ad alium, præcipue cum in isto casu non adsit eadem ratio, propter suspicionem, quod mulier seducatur à marito, quæ non militat, quando fidejubet pro alio, ut inquit Surd. dec. 164. n. 13., & ibi Hodie. n. 5., Merlin. Controv. For. lib. 1. cap. 56. n. 11. & seqq., Staib. Resolut. For. lib. 1. resol. 42. n. 17., Herring. de Fidejusor. cap. 7. n. 453., Egid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 7. n. 5., Gratian. For. cap. 647. n. 10. II. 12., & 14., Boff. de Dot. p. 1. cap. 9. §. 5. n. 104.

Quid si jam constante matrimonio, quis obligetur solvere dotem marito, & mulier aliqua tanquam fidejusor se obliget, an saltem in hoc casu possit juvari beneficio Vellejani? negativè resolvit Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 457. & 458. dicens, mulierem etiam post matrimonium contractum, efficaciter obligari pro dote promissa, & non posse juvari beneficio Vellejani: sed contrarium sustinet Faber in lib. 4. Codic. tit. 21. defit. 14., de quo vide Boff. de Dot. p. 1. cap. 9. n. 97. 98. & 99.

(b) Tertia limitatio est, quando mulier vestibus virilibus induita decipit creditorem; quia tunc non juvatur beneficio S. C. Vellejani, ut disponitur in hac Ordinazione; & patet ex Text. in L. 2. & L. Fæminis. 18. Cod. Ad S. C. Vellejan., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 16., Mo-

lin. de Just. & Jur. tract. 2. diff. 540. n. 18., Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 423., August. Barbos. in L. 1. n. 7. Cod. Ad S. C. Vellejan., Sabel. in Sum. §. Mulier. n. 21. versic. Item indvens., Egid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 7. sub n. 3. versic. Quare ff. de Just. & Jur., Arouc. in L. 1. n. 23. ff. de Just. & Jur. Quia deceptis, & non decipientibus jura opitulantur; & infirmitas foeminarum, non etiam callidas, auxilium à jure sumit, ut dicunt supracitati DD., & tenet Brunem. ad Pandect. in L. Fæminis. 18. Cod. Ad S.C. Vellejan.; ideo, si mulier fuerit callide versata, & decipiendi animo pro aliquo intercesserit, carebit exceptione, & beneficio Vellejani; ex L. Si decipiendi. 30. ff. Ad S. C. Vellejan., Manz. de Patrocin. debitor. decad. 2. q. 6. n. 139., Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 1. q. 18. n. 31., Gait. de Credit. cap. 4. quest. 7. n. 957.

(c) Quarta limitatio est, quando mulier sibi ipsi contrahit, utpote emendo, conducendo, mutuum accipiendo, & similia, quia in ipsis casibus non potitur beneficio S. C. Vellejani; alioquin enim nemo cum foemini contraheret; & licet hoc faciat in utilitatem alterius, ignorante creditore, semper efficaciter remanet obligata; quia S. C. Vellejanus solum succurrere intendit mulieri contrahenti, & non donanti; quod probatur ex hac Ordinatione, & ex Text. in L. Aliquando. 13., & in L. Si mulier. 16. ff. Ad S.C. Vellejan., Manz. de Fidejusor. cap. 3. regul. 1. n. 13. & 14., Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 412. cum seqq., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. diff. 540. n. 19., Rebel. de Oblig. just. p. 2. lib. 16. q. unic. n. 12. versic. ult., Cyriac. Controv. 129. n. 36. Exemplum ponit haec Ordinatio in muliere mente hæreditatem defuncti, qui obligatus erat solvere aliqua debita; quia si mulier se obligaverit solvere creditoribus ipsius defuncti, non poterit juvari beneficio Vellejani, ut etiam extat dispositum in L. Aliquando. 13. ff. Ad S.C. Vellejan., Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 418.

(d) Quinta limitatio est, quando mulier jure hæreditario succedit illi, pro quo antea expromiserat; quia tunc conveniri potest, quin ei proficiat beneficium S.C. Vellejani, ut declarat haec Ordinatio, & disponitur in Text. in L. Quamvis. 8. §. Plane si mibi. ff. Ad S.C. Vellejan., Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 443., Molin. de Just. & Jur. diff. 540. n. 19., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 24., Cujac. lib. 15. Observ. cap. 11. per tot., quos vide, & ibi invenies quomodo actione directa, veluti, seu potius restitutoria, vel rescisoria debeat mulier ad solutionem compelli.

(e) Sexta limitatio est, si mulieri fidejubenti solvatur quantitas, pro qua fidejubendo se obligaverat; nam tunc non juvatur beneficio Vellejani; quia hoc S. C. succurrit mulieri ad evitandum periculum rei familiaris, nullum autem periculum intervenit, quando mulieri traditur pecunia, pro qua fidejussit, ut disponitur in hac Ordinatione, & patet ex Text. in L. Si mulier. 16. ff. Ad S. C. Vellejan., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 27., Herring. de Fidejusor. cap. 7. ex n. 440., Molin. de Just. & Jur. diff. 540. n. 19., Voet. ad Pandect. lib. 16. tit. 1. sub n. 11., Sabel. in Sum. §. Senatusconsultum. sub n. 4. Quid autem si mulieri non solvatur quantitas, sed pignora tradantur, an saltem in hoc casu possit juvari beneficio Vellejani? affirmativè resolvit Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 442.; ex eo quia per pecuniam numeratam melius, & pinguius provisum est mulieri, quam per pignora, quæ fortassis creditor non velit suscipere in solutum.

(a) Omnes

Mulher, que for fiadora nos casos, em que não pôde gozar do Velleano; se for menor, goza do beneficio da restituição, *liv. 4. tit. 61. §. 7. (a)*

Mulher, que for fiadora nos casos, em que não pôde gozar do Velleano, pôde gozar do beneficio concedido aos fiadores de não ser demandada; nem executada em seus bens, em quanto não for convencido, e executado o principal devedor, *ibid. §. 8. (b)*

Mulher, que for fiadora, e renunciar o beneficio do Velleano não valerá a tal renúncia; e sem embargo dessa poderá gozar do dito beneficio, *ibid. §. 9. (c)*

Mulher, quando for encarregada da tutoria de seu filho, ou neto, poderá renunciar o Velleano, *ibid. §. 9. in fin. (d)*

Mulher, que for fiadora de outra pessoa, aindaque passados dous annos se obrigue outra vez ou muitas, sempre se poderá valer do Velleano, *ibid. §. 10. (e)*

Mulher,

(a) Omnes supra relatæ limitationes procedunt, & habent locum, quando mulier, quæ pro alio expromisit, seu fidejussit, est major 25. annorum; nam si fuerit minor juvabitur exceptione restitutionis in integrum in casibus, in quibus illi non proficeret beneficium S. C. Vellejani; quia in expromissione facta à muliere minore 25. annor. semper præsumitur lœsio, ut probatur ex hac Ordinatione, & tenet Gom. lib. 2. Var. cap. 13. n. 19., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 540. n. 25., & vide Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 82., Odd. de Restitut. in integr. p. 2. q. 54. artic. 2. ex n. 3. Qui tamen limitant, quando minor fidejussit pro patre captivo liberando, seu excarcerando; quia in hoc casu validè contrahit, & fidejubet, ut late prosequitur idem Odd. d. q. 54. artic. 4. per tot., Altimar de Nullit. sent. rubr. 11. q. 5. num. 7. versic. Limitatur. Et vide quæ supra notavimus in verb. *Mulier, que for fiadora de dinheiro, que alguma pessoa se obrigasse a pagar para remir algum capriço, não goza do Velleano.*

(b) Cum mulier in casibus, quibus non potitur beneficio S. C. Vellejani, remanet obligata eodem modo, quo cæteri fidejussores, non debet esse deterioris conditionis, quam illi; & cum ipsis fidejussoribus competit beneficium excussionis, eodem modo competit mulieri pro alio fidejubenti, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Cald. de Empt. & Vendit. cap. 33. num. 8. Et de hoc beneficio excussionis, seu privilegio fidejussoribus concessio, ut prius exequiatur debitor principalis, vide notata in verb. *Devedor principal deve primeiro ser convencido, &c.; & verb. Fiodor não deve ser demandado até que o principal devedor não seja executado.*

(c) Controversum est inter Doctores, an beneficium S. C. Vellejani mulieribus concessum, possit ab illis renuntiari, & plures tenent, quod sic; itaut mulier renuntians huic beneficio non possit ab eo juvari, per Text. in L. Si mulier. 16. ff. Ad S. C. Vellejan., ex ea ratione, quia hoc Senatusconsultum in favorem mulieris est introductum; quilibet autem favori pro se introducto potest renuntiare; & ita tenent Berlich. p. 2. concl. 13. n. 14., Gom. lib. 2. Var. cap. 13. n. 17., Hering. de Fidejusor. cap. 7. num. 469., Voet. ad Pandect. lib. 16. tit. 1. num. 9., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 44., Egid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 7. num. 6., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 540. num. 8.

Sed contraria sententiam, scilicet quod mulier non possit valide renuntiare huic beneficio, tenent quamplurimi, variis rationibus enixi; & prima est, quia hoc beneficium S. C. Vellejani est propter fragilitatem naturæ, imbecilitatemque sexus mulieris inductum, & tali beneficio nemo potest renuntiare. Secunda, quia eadem fragilitate, qua mulier decipitur fidejubendo, decipitur etiam renuntiando. Tertia, quia beneficium hujus S.C. Vellejani ob bonum publicum est inductum, non verò principaliter in favorem mulierum, & per pacta privatorum non potest juri publico renuntiari; ita tenent plures, quos referunt Hering. de Fidejusor. cap. 7. n. 466., Bajard. alleg. Fiscal. 44. n. 16. & 17., Harppr. ad princip. Instit. de Fidejusor. num. 46., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 46. Et hanc opinionem sequuta fuit nostra Ordinatio, & eam sustinent Berlich. lib. 2. conclus. 19. ex

n. 16., August. Barbos. ad Text. in L. Jubemus. 21. num. 17. Cod. Ad S. C. Vellejan., Egid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 7. num. 9. ff. de Just. & Jur., Gom. lib. 2. Var. cap. 13. num. 17. versic. Sed his non obstantibus, Gallerat. de Renuntiat. tom. 2. Centur. 1. renuntiat. 62. num. 7. versic. Sed contra Gloß.

(d) Quamvis mulier regulariter non possit validè renuntiare beneficio S. C. Vellejani, attamen quando suscipit tutelam filiorum, vel nepotum, potest, imò debet illi beneficio renuntiare, ut disponitur in hac Ordinatione, cum qua concordat alia Ordinatio lib. 4. tit. 102. §. 3., Gom. in L. 14. Taur. num. 12., Guttierr. de Tutel. p. 1. cap. 8. à n. 24., August. Barbos. ad Text. in Auth. Matri & Avia, n. 11. Cod. Quand. mul. tutel. Offic. fung. pot., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 47., Harppr. ad princ. Instit. de Fidejusor. n. 52., Gallerat. de Renuntiat. p. 2. Centur. 1. renuntiat. 62. à n. 10., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 220. n. 17., & disp. 540. sub n. 7. versic. Tertio. & n. 9. Ratio hujus specialitatis est, quia omnia virilia officia adempta sunt foeminis, ex L. 2. §. 1. ff. Ad S. C. Vellejan., & cum inter virilia officia connumeretur tutela, L. fin. ff. de Tutel., ideo optima ratione foeminæ tutores dari non poterant, quia munus est masculorum, ex L. fin. ff. de Tutel.

Sed per jus novissimum in Amb. Matri & Avia, Cod. Quand. mul. offic. tutel. fungi potest, speciali ratione sancitum fuit posse mulierem virili officio tutelæ fungi; sed cum opus esset, ut pro pupillorum utilitate obligaretur, & hoc non posset validè fieri, nisi renuntiato beneficio Vellejani, ideo permisum fuit, quod in hoc casu possit, ac teneatur mulier renuntiare Vellejano, priusquam tutelam solemniter assumat, ut bene expendit Gallerat. de Renuntiatione, d. renuntiat. 62. n. 11., Voet. ad Pandect. lib. 16. tit. 1. n. 9.

Nota autem, quod si Mater, vel Avia tutelam asumpsit, Vellejano tamen non renuntiaverit, valebunt omnia quæ per illam gesta fuerint, Gom. in d. L. 14. Taur. sub n. 11. versic. Unum., Guttierr. de Tutel. p. 1. cap. 8. num. 38.

(e) De Jure communi depositum extat, quod si mulier se obligaverit pro alio, aut fidejusso alicuius extiterit, & postea elapsò integro biennio à prima obligatione, pignora dederit, aut eamdem obligationem iterum innovaverit, non possit privilegio gaudere Vellejani; ex Text. in L. Mulier. 22. Cod. Ad S. C. Vellejan., Molin. de Just. & Jur. disp. 540. num. 16., Hering. de Fidejusor. cap. 7. num. 448., Gallerat. de Renuntiat. p. 2. Centur. 1. renunt. 62. num. 16., Gom. in L. 61. Taur. n. 1., Manz. de Fidejusor. cap. 3. n. 17., Gratian. For. cap. 669. n. 19., Sabel. in Sum. §. Senatusconsultum sub n. 4.

Sed haec nostra Ordinatio à dispositione juris communis se devians, statuit, quod licet mulier transacto biennio, iterum, ac saepius expromissionem, seu fidejussionem innovet, poterit, hoc non obstante, privilegio Senatusconsulti Vellejani liberè juvari, & ita in nostro Regno observari tradunt Petr. Barbos. in L. 1. p. 5. sub n. 53. versic. Ultimo. ff. de Solut. matrim., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 540. num. 16. in fin., Egid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 7. n. 11. ff. de Just. & Jur.

(a) Ex

Mullier, aindaque receba algum preço, ou qualquier outra coufa por fiar alguem, ou se obrigar por elle, se pôde chamar ao beneficio do Velleano, *liv. 4. tit. 61. §. 10. infin.* (a)

Mullier, que ficou prenhe, será mettida em posse dos bens, que lhe pertencem por razaõ da criança, que tem no ventre, *liv. 3. tit. 18. §. 7.* (b)

Mullier, que recusa dar outorga, e procuração ao marido, sem justa causa, para alguma demanda, o Juiz poderá ir com

o feito por diante, *liv. 3. tit. 63. §. 4.* Muller menor de treze annos, com quem se cometere incesto, que seja perdoada, *liv. 5. tit. 17. §. 4.*

Mullier viuva tem por privilegio escolher por Juiz ao Corregedor da Corte, *liv. 3. tit. 5. §. 3.* (c)

Mullier viuva goza do privilegio do foro nos feitos, que ficarem começados por morte de seu marido, ou fosse Auctor, ou Reo, *ibid. (d)*

Mullier

(a) Ex dispositione Juris communis mulier, quæ pecuniam acceperit pro fidejussione facienda, non juriatur beneficio S. C. Vellejani; quia tunc non ex levitate, sed pro præmio consequendo fidejussisse creditur; ut per Text. in L. Antiquæ. 23. Cod. Ad S. C. Vellejan., tenent Manz. de Fidejussor. cap. 3. num. 18., Gratian. For. cap. 669. n. 20., Hering. de Fidejussor. cap. 7. n. 433., Molin. de Just. & Jur. diff. 540. n. 17., Voet. ad Pandect. lib. 16. tit. 1. n. 11., Sabel. in Sum. §. Senatusconsultum. sub n. 4. Et hoc ius commune amplexa fuit Ordinatio antiqua hujus Regni in lib. 4. tit. 12. §. 3., & secundum eam ita obser-vatum tradunt Valasc. conf. 18. n. 2., Gam. dec. 121.

Sed in nova compilatione Ordinationum hujus Regni, rejecta juris communis dispositione, aliter præsum fuit, scilicet, quod mulier potiatur beneficio Vellejani, etiamsi aliquod pretium, seu præmium recipiat pro fidejussione facienda; de quo vide Ægid. in L. Ex hoc iure. p. 2. cap. 7. n. 12. ff. de Just. & Jur., Britt. ad Rubr. de Locat. p. 1. §. 4. n. 70.

(b) Mulier prægnans mittitur in possessionem bonorum, quorum posthumus legitimus successor est; ex Text. in L. 1. ff. de Ventr. in posse. mittend., Valenzuel. conf. 96. n. 2., Carranz. de Part. cap. 2. §. 2. n. 22., Altimar de Nullit. sent. rubr. II. q. 37. n. 15. & 16., & tom. 8. rubr. 2. q. 1. sub n. 46. vers. Venter immittitur in possessionem, Voet. ad Pandect. lib. 37. tit. 9. n. 1. Et quamvis bona sint majoratus habentis exclusionem fœminarum, semper mittendus est venter in possessionem, in dubio, an venter sit masculus, aut fœmina; Mier. de Majorat. p. 3. q. 2. n. 1. & p. 1. 2., Castilh. lib. 3. Controv. cap. 19. n. 207., Altimar de Nullit. d. q. 37. n. 30., ubi tamen dicit præstandam esse cautionem de restituendo bona cum fructibus, si non pariat, vel non pariat filium masculum.

Sed adverte, quod antequam mulier in possessionem mittatur, debet plenè constare illam esse prægnantem; Valenzuel. conf. 96. num. 6.; sed Carranz. de Part. cap. 2. §. 2. n. 22. & 25. dicit cognoscendum esse summarie de prægnantia mulieris, & ibi bene comprobatur, & cohæret dispositioni hujus nostræ Legis. Et hæc cognitio, an mulier sit gravida, nec ne, pertinet ad Medicos, & Obstetrics, ut ait Valenzuel. d. conf. 96. n. 5., Arouc. in L. 9. n. 28. in fin. ff. de Stat. homin., Altimar de Nullitat. contract. tom. 8. rubr. 2. q. 1. sub n. 46. pag. 22. ver. sic. Sed non creditur. Et postquam mulier extiterit in possessione, non debet alteri possessionem dimittere, quia incidit in pœnam Tit. Si ventr. nomin. mulier in posse. mirtat., &c., ut tenet Altimar d. q. 37. num. 23. Nec potest possessionem posthumo inverttere prætextu dotis suæ; Ansaldo. conf. 117. n. 89.

Et nota, quod ex hac possessione per matrem capta nomine ventris, debetur postea manutentio ventri nato; Posth. de Mannt. observ. 55. n. 130., & mater debet tueri interdicto retinenda, etiamsi per calumniam in possessionem nomine ventris missa sit; Menoch. de Retinend. posse. remed. 1. n. 51., & vide supr. verb. Ferias naõ ha para a mulher que ficou prenhe pedir que a mettaõ de posse.

(c) Mulier vidua, cum sit persona miserabilis gaudet privilegio electionis fori, & potest trahere adversarios ad Curiam extra corum domicilium, dummodo honesta sit, honestamque vitam agat, ut declarat hæc

Ordinatio, & de Jure communis extat dispositum in L. unic. Cod. Quando Imper. inter pupill. & vid., Castilh. lib. 3. Controv. cap. 25. ex n. 3., Ansaldo. de Jurisd. p. 4. tit. 10. cap. 1. n. 91. & 92., Carlev. de Judic. tit. 1. disp. 2. sect. 7. n. 525., Oliv. de For. Eccles. p. 3. q. 40. n. 1., August. Barbos. in d. L. unic. n. 2., Thom. Vaz alleg. 65. à n. 1. & 7., Peg. tom. 13. ad hanc Ordin. cap. 9. ex n. 85.

Quod amplia, etiamsi vidua fuerit dives; quia non solum dicitur miserabilis propter paupertatem, sed propter injuriam fortunæ, per amissionem mariti; Staib. Resol. For. tom. 2. resol. 55. n. 58. & 59., Castilh. lib. 3. Controv. cap. 25. n. 25., Gratian. For. cap. 182. n. 3., Oliv. de For. Eccles. d. q. 40. n. 4., Cabed p. 1. dec. 54. n. 13., Petr. Barbos. in L. 1. p. 1. sub n. 50. ff. de Solut. matrim., Sabel. in Sum. §. Persona. n. 13., Carlev. de Judic. diff. 2. n. 541., Peg. Fer. cap. 11. n. 78. Iterum amplia, quanvis vidua privilegio renuntiet; quia cum sit concessum miserationis intuitu, non potest ab illa renuntiari; Thom. Vaz alleg. 65. n. 48., Scacc. de Appellat. q. 7. n. 115., Gallerat. de Renuntiat. Centur. 1. renunt. 14. num. 2., Barbos. in L. Quia tale. num. 20. ver. sic. Amplia. 3., & in L. Alia. §. Eleganter. n. 50. ff. de Solut. matrim., Ægid. de Privileg. honestat. artic. 4. n. 12., Valasc. de Privileg. pauper. q. 1. n. 10., Cancer. lib. 2. Var. cap. 2. n. 30., Castilh. lib. 3. Controv. cap. 25. n. 23., Peg. tom. 13. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. cap. 29. n. 122., & tom. 2. For. cap. 11. ex n. 73.

(d) Inter Doctores solet excitari quæstio: An vidua possit frui, utique privilegio fori, si tamquam hæres successerit in lite jam cœpta? negativè quæstionem resolvunt; primò, ex regula, quod ubi cœptum est Judicium, ibi finiri debet. Secundò, quia conditio defuncti non mutatur ex persona hæredis. Tertiò, quia instantia litis transit in eo statu, & cum omnibus suis qualitatibus in hæredem. Quartò, quia privilegium fori viduae concessum, est contra regulas juris communis; & ideo non debet extendi ad casum, de quo non loquitur; ut tenet Castilh. lib. 3. Controv. cap. 25. ex n. 45. u/q. ad 49., Valasc. conf. 136. à n. 1. usq. ad n. 10., Gratian. For. cap. 182. n. 27., Cancer. lib. 2. Var. cap. 2. n. 27. ver. sic. Quod ego intelligo., Carlev. de Judic. lib. 1. diff. 2. n. 625. & 636., August. Barbos. in L. unic. Cod. Quand. Imperat. int. pupill. & Vid. num. 13., Scacc. de Appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 7. num. 133.

Sed de Jure nostri Regni aliud dispositum extat in hac Ordinatione, ubi conceditur viduae privilegium fori, quando successerit in lite jam antea cum ejus marito cœpta, vel cum alio quocunque, cuius ipsa vidua hæres fuerit, ut agnoscit Castilh. lib. 3. Controv. d. cap. 25. n. 50., & tenet judicatum Valasc. conf. 136. n. 11., Petr. Barbos. in L. Heres absens. in princ. ff. de Judic. n. 163., Oliv. de For. Eccles. p. 3. q. 24. n. 25. & 26., & q. 40. n. 8., Thom. Vaz alleg. 65. n. 23., August. Barbos. in L. unic. Cod. Quand. Imperat. int. pupill. & vid. n. 11., Gabr. Per. de Man. Reg. p. 2. cap. 30. n. 3. ver. sic. Quæ omnia. & n. 7. Quod procedit etiamsi ipsa vidua tempore, quo vivebat maritus, fecerit simul cum eo aliquod contractum, in quo renuntiet privilegio fori, ut sèpissim tradit judicatum Cabed. p. 1. dec. 173., Gabr. Per. de Man. Reg. p. 2. cap. 30. num. 8. ver. sic. Mulier verò., Barbos. ad hanc Ordin. num. 27., Peg. tom. 13. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. cap. 35. n. 134. & 141.

Mulher viuva , se tiver contenda com outra pessoa de semelhante qualidade , seguirá o Autor o foro do Reo , *liv. 3. tit. 5. §. 3.* (a)

Mulher viuva não tem privilegio de escolher Juiz nos casos , que pertencem á Fazenda , e direitos Reaes , *ibid. §. 5.* (b)

Mulher honesta , e que honestamente viver ,

aindaque nunca fosse casada , goza do privilegio das viuvas , *ibid. (c)*

Mulher , e marido succedem hum ao outro , naõ tendo parentes até o decimo grão , *liv. 4. tit. 94.* (d)

Mulher deve ser requerida para a execução dos bens de raiz , que se faz por dívida d'El-Rey , *liv. 2. tit. 53. §. 1.*

Mulher

(a) Fundatur hæc Ordinatio in regula juris communis , quod privilegiatus non gaudet suo privilegio contra æqualiter privilegiatum ; & ideo decernit , quod si vidua fuerit Actor , non poterit extra suum domicilium trahere personam , quæ fuerit pariter privilegiata ; de quo vide Castilh. *lib. 3. Controv. cap. 25. n. 27.* , Salgad. in *Labyrint. credit. p. 1. cap. 7. n. 46.* , Thom. Vaz *alleg. 65. n. 38.* , Oliv. de For. Eccles. *p. 3. q. 40. num. 20.* , Carlev. de *Judic. tit. 1. diff. 2. n. 632.* , Ægid. de *Privileg. honestat. artic. 4. num. 11.* , Cancer. *lib. 2. Var. cap. 2. ex num. 22.* , August. Barbos. in *L. unic. Cod. Quand. Imperat. int. pupill. & vid. num. 29.*

Quod tamen intellige respectu viduæ , quæ fuerit Actor ; nam si fuerit Rea , poterit uti suo privilegio , ut declarat hæc Ord. , & tenet Cabed. *p. 1. dec. 54. num. 12.* , Oliv. de For. Eccles. *p. 3. d. cap. 40. num. 21.* Quid autem si vidua litiget cum aliquo ex Incolis Civitatis Bracharensis , qui habent privilegium , ut trahi non possint extra forum dictæ Civitatis ? vide sequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Costa : *Aindaque por Alvará de 25. de Janeiro de 1568. se confirme o privilegio, de que nenhum morador de Braga possa ser citado para fora daquelle distrito, nem para a Corte, isto se não deve entender a respeito das pessoas miseraveis; porque he privilegio encorporado em direito, e he necessaria especial derrogacão, como julgo o Senado na causa de D. Maria Pitta Monteira, contra Joseph Monteiro de Sousa; e está o feito nos Aggravos, no Officio de Francisco de Oliveira Leitaõ, anno 1735.*

(b) Mulier vidua non gaudet privilegio fori , quando litigat super Juribus Regalibus; nam Fiscus, seu Regia Corona habet proprios Judices , qui de ejus causis cognoscere debent ; Carleval de *Judic. tit. 1. diff. 2. n. 649.* , Cancer. *p. 2. Var. cap. 2. n. 26. in fin.* , August. Barbos. in *L. unic. n. 25. Cod. Quando Imperat. inter vid. & pupil.* , Thom. Vaz *alleg. 65. n. 32.* , Peg. For. *cap. 11. n. 84.* , & *tom. 13. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. cap. 24. n. 113.* , Guerreir. de *Privileg. Familiar. cap. 18. n. 71.* Unde si vidua conveniat pro gabellis , non habet electionem fori , Girond. de *Gabel. p. 4. §. 2. n. 29. & seqq.* , Gutierr. de *Gabel. q. 160. n. 3.* , Balmased. de *Collect. q. 99. n. 18.* Quod tamen intellige, quando vidua convenitur super juribus Regalibus , non autem quando ipsa vult convenire adversarios super iisdemmet juribus , quia tunc poterit eligere suos Judices ; August. Barbos. in *d. L. unic. n. 25. Cod. Quando Imperat.* , &c. , Thom. Vaz *alleg. 65. n. 33.*

(c) Quamvis inter Doctores controversum sit de Jure communii , an fœmina virgo , quæ vitam agit cœlēbem , iisdem fruatur privilegiis , quibus fruuntur viduæ , & partem negativam sequantur plures , quos recensent , ac amplectuntur Covarr. *Practic. q. 7. n. 21.* , Castilh. *lib. 3. Controv. cap. 25. num. 16. versic. Ceterum.* ; attamen de Jure nostri Regni sublata est hæc controverbia ; nam in hac Ordinatione disponitur , quod eodem jure viduæ concessio fruatur etiam mulier honesta ; quam etiam opinionem amplexi fuere Carleval de *Judic. tit. 1. diff. 2. n. 535.* , Cancer. *lib. 2. Var. cap. 2. n. 10.* , & de Jure nostro tenent August. Barbos. in *L. unic. n. 5. Cod. Quando Imperat. inter pupil. & vid.* , Cabed. *p. 1. dec. 180.* , Thom. Vaz *alleg. 65. n. 20.* , Mend. à Castr. *p. 2. lib. 1. cap. 3. n. 7.* , Oliv. de For. Eccles. *p. 3. q. 40. n. 5.* , Ægid. de *Privileg. honest. artic. 4. n. 5.* , Peg. *tom. 13. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. n. 20.*

Hoc etiam procedit respectu mulieris habentis virum inutilem , videlicet , exulem , bannitum , vel captivum , aut ad triremes damnatum ; quia reputatur tam-

quam vidua , ad hoc ut possit frui privilegio fori ; Carlev. de *Judic. tit. 1. diff. 2. n. 540.* , Scacc. de *Appellat. q. 7. n. 16.* , Oliv. de For. Eccles. *p. 3. q. 40. n. 7.* , Cancer. *p. 2. Var. cap. 2. n. 9.* , Mend. à Castr. *p. 2. lib. 1. cap. 3. sub n. 7.* , Peg. *tom. 13. ad Ord. in Commentar. ad hunc §. n. 20.* , & licet Thom. Vaz *alleg. 65. n. 21.* contrarium referat judicatum ; attamen eum refutat Oliv. de For. Eccles. *d. q. 4. n. 7. versic. Ceterum.* intelligens arestum Senatus in casu , quo non verificabatur inutilitas mariti propter exilium , bannimentum , captivitatem , & aliquid simile.

Limita tamen dispositionem hujus Legis in muliere jurisdictionem habente , quæ non gaudet hoc privilegio , ut declarat hæc eadem Ordinatio in fine hujus §. Covarr. *Practic. cap. 7. num. 8. versic. Octavo.* , Thom. d. *alleg. 65. n. 34.* , August. Barbos. in *d. L. unic. Cod. Quand. Imperat.* , &c. *n. 26.* , Peg. For. *cap. 11. n. 85.* Sed an hoc procedat in Monialibus Jurisdictionem habentibus ? vide Gabr. Per. *dec. 22. n. 3.* , Thom. Vaz *alleg. 66. n. 2.* & per tot. , Peg. For. *d. cap. 11. sub n. 110.*

(d) Quamvis de Jure civili maritus , & uxor sibi invicem regulariter succedere non possint , quia inter illos nulla est sanguinis conjunctio ; attamen de Jure Prætorio , si non habeant liberos , nec consanguineos usque ad decimum gradum , devolvitur hæreditas ad conjugem superfitem , ex *L. 1. Cod. Unde vir. & uxor.* ; & ita dispository extat in hac Ordinatione ; & tenent plures Doctores , quos supra retulimus in verb. *Marido, e Mulher succedem hum ao outro, naõ tendo parentes até o decimo grão.* Quam dispositionem amplia , ut procedat non solum in marito , & uxore , sed etiam in sponso , & sponsa de præsenti ; Gom. in *L. 80. Taur. n. 21.* , Manz. *tom. 4. in Epitom. de Success. ab intest. dissertat. 8. n. 14.* , Portug. de *Donat. Reg. p. 3. cap. 19. n. 57.* Sed hanc ampliationem de Jure nostro sustineri non posse dicit Guerreir. *tract. 2. de Division. lib. 4. cap. 13. n. 7.*

Limita tamen 1. hanc conclusionem , si matrimonium fuerit injustum , & illegitimum , utpote in gradu prohibito scienter contractum ; Manz. *d. dissertat. 8. n. 112.* , Guerreir. de *Division. d. cap. 13. n. 37.* ; vel si fuerit putativum , Portug. de *Donat. d. cap. 19. n. 58.* , Guerreir. *d. cap. 13. n. 39.*

Limita 2. si conjux superstes non permanerit in matrimonio usque ad mortem , sed inter eos fuerit matrimonium separatum ; quia tunc sibi invicem non succedunt , Gom. in *d. L. 8. Taur. n. 23.* , Manz. in *Epitom. Success. d. dissert. 8. num. 116.* , Molin. de *Just. & Jur. tom. 1. diff. 164. n. 18.* , Fragos. de *Regim. Reip. p. 1. diff. 5. §. 2. sub n. 15. versic.* Sed quid dicendum ; & ita ex hac Ordinatione probat Portug. de *Donat. p. 3. d. cap. 19.* , Guerreir. de *Division. lib. 4. d. cap. 13. n. 4.* : quod tamen intellige respectu illius , qui divortio causam præbuit , ut declarant supradicti Doctores .

Limita 3. si conjux superstes occidit alium conjugem , vel ei non providit de alimentis necessariis ad conservationem vitæ ; vel si ægrotum conjugem deseruit , & Medicum non adhibuit ; ut latè expendit Manz. in *Epitom. success. ab intest. d. dissertat. 8. à n. 121. usque ad n. 129.* , Guerreir. de *Divis. d. cap. 13. n. 51. 52. & 53.*

Limita 4. , si defunctus reliquerit majoratum , quia in illo non succedit conjux superstes , cum non sit de familia Institutoris , sed ipsa familia deficiente , devolvitur ad Coronam ; Gam. *dec. 133.* , Portug. de *Donat. p. 3. d. cap. 19. num. 58.* , Guerreir. de *Divis. d. cap. 13. num. 59.*

(a) Vide

Mulher deve ser requerida para a execução,  
e arrematação dos bens de raiz, *liv. 3.*  
*tit. 86. §. 27. (a)*

Mulher deve ser citada para o seguimento da  
appellação sobre bens de raiz, posto que  
já fosse citada para a primeira instância,  
*liv. 3. tit. 70. §. 4.*

Mulher, e filhos do morto, se quizerem ac-  
cuar ao culpado a annotação de bens,  
lhe seraõ entregues, se passado o anno,  
elle se naõ apresentar, *liv. 5. tit. 128.*  
*§. 2. (b)*

Mulher até dous annos pôde accusar a anno-  
tação de bens, *ibid.*

Mulher, que naõ chega a vinte e cinco an-  
nos, naõ pôde pedir supplemento de ida-  
de aos Desembargadores do Paço, nem  
se lhe concede, *liv. 1. no Regim. do Paço,*  
*§. 13. (c)*

Mulher de homiziado, cuja propriedade se  
pede de sesmaria, pôde ser requerida em

nome do marido, *liv. 4. tit. 43. §. 7.*

Mulher, que com pão, ou pedra fere na  
Côrte, naõ paga pena pecuniaria, *liv. 5.*  
*tit. 36. §. 1.*

Mulher, que comete peccado de sodomia  
com outra, he castigada, e tem a mesma  
pena, que o homem, *liv. 5. tit. 13.*  
*§. 1. (d)*

Mulher fidalga, ou de Desembargador, ou  
Cavalleiro, naõ pôde ser penhorada em  
vestidos de seu corpo, nem na sua cama,  
posto que outros bens naõ tenha, *liv. 3.*  
*tit. 86. §. 23.*

Mulher pôde allegar absencia do accusado  
em feito crime, *liv. 3. tit. 7. §. 3.*

Mulher pôde accusar por procurador, *liv. 5.*  
*tit. 124. §. 16. (e)*

Mulher pôde vender alfeloas, e obréas pelas  
rúas, e praças, *liv. 5. tit. 101.*

Mulher naõ pôde ser presa por dividas civeis,  
*liv. 4. tit. 76. §. 6. (f)*

Mulher

(a) Vide Mend. in *Prax. p.2.lib.3.cap.21.n.45.*, Gabr.  
Per. dec. 76., Moraes de Execut. lib. 6. cap. 12. sub n. 20. ver-  
fic. Solo verò casu, & vide sequentem Notam Senatoris  
Sed hæc negligentia, de qua jubetur inquiri contra Judicem in syndicatu, debet esse negligentia disfusa, vel dolo proxima; Farinac. *d. q. 111. num. 425.*, Merlin. *lib. 2. Controvers. For. centur. 2. controv. 28. num. 8.*, Mastrilh. de *Magistrat. lib. 6. cap. 10. n. 45.*, Puteus de *Syndicat. cap. 1. de Negligentia. n. 11.*, Fragos. de *Regim. Reip. p. 1. lib. 7. diff. 23. n. 49.*, Buccaron. de *Different. inter Judic. Crimin. & Civil. different. 151. n. 3. & 4.*, Velasc. de *Judic. perfect. rubr. 15. annotat. 1. n. 26.* Si vero negligentia fuerit levissima, seu levis, tunc de ea non debet Judex syndicari; Jul. Clar. *lib. 5. Sentent. §. fin. q. 73. n. 3. versic. Quod intellige, Mastrilh. de *Magistrat. lib. 6. cap. 8. n. 2.*, Bovadilh. in *Politic. tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 182.*, Berton. de *Negligentia. & Omisſion. p. 2. artic. 22. n. 20.*, Velasc. de *Judic. perfect. d. rubr. 15. annotat. 1. d. n. 26. versic. Id de jure quidem.* De pœnis autem, in quas Judex propter culpabilem negligentiam incurrat, vide latissimè Berton. de *Negligentia. & Omisſion. p. 2. d. artic. 22. ex n. 104.**

(c) Tutores tenentur præstare omne damnum, quod pupilli amittendo, vel non acquirendo passi sunt, si tale damnum proveniat ex dolo, seu negligentia, vel culpa lata, aut levi ipsorum tutorum; ut probatur ex hac Ordinatione, cum qua concordat alia *Ord. lib. 1.*

*tit. 88. §. 3., & lib. 3. tit. 41. §. 9., Gutierrez. de Tutel. p. 2. cap. 14. n. 1., & p. 3. cap. 1. n. 96. 97. & 101., Cald. in L. Si curatorem. verb. Sine curatore. n. 6. & 7. Cod. de In integr. restitut., Manz. de *Fidejussion. p. 2. tit. 3. q. 6. n. 55.*, Cancer. *lib. 1. Var. cap. 7. n. 163.* & 170., Escobar de Ratiocin. *cap. 19. in fin.*, August. Barbos. ad *Text. in L. Quidquid. 7. n. 2. Cod. Arbitr. tutel.*, Fragos. de *Regimin. Reip. p. 1. lib. 6. diff. 17. n. 10. versic. Quando ergo.*, Valasc. de *Partit. cap. 8. n. 19.*, Peg. For. *tom. 1. cap. 3. n. 670.*, Guerreir. *tract. 1. de Inventar. lib. 4. cap. 10. n. 65.*, & *tract. 3. lib. 6. cap. 35. n. 1.*, & *cap. 36. num. 1.**

Non tenentur tamen de negligentia, seu culpa levissima; quia cum tutoris officium sit necessarium, & non voluntarium, mitius cum illis agendum est, quam cum aliis, qui sponte se se ad negotia offerunt; Gutierrez. de *Tutel. p. 2. cap. 14. num. 1. in fin.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 555. in princ.*, Cald. in L. Si curatorem. verb. Sine curatore. n. 6. Cod. de *In integr. restit.*, August. Barbos. ad *Text. in L. Quidquid. 7. Cod. Arbitr. tutel. sub n. 2.*, Calder. dec. 96. n. 7., Gratian. For. *cap. 125. n. 1.*, Fragos. de *Regim. Reip. d. diff. 17. n. 10. versic. Dicendum.*, Peg. For. *cap. 3. n. 671.*

Suprapositam verò conclusionem limita 1. in exactione nominum debitorum; quia in isto negotio non tenentur tutores, nisi tantum de negligentia, seu culpa lata, non autem de levi; Gutierrez. de *Tutel. d. cap. 14. n. 1., & p. 3. cap. 1. n. 98.*, Cald. in L. Si curatorem. verb. Sine curatore. n. 5. versic. Hoc enim. Cod. de *In integr. restit.*, Cancer. *lib. 1. Var. cap. 7. n. 169.*, August. Barbos. in L. 2. Cod. Arbitr. *tutel. n. 1.*, Fragos. de *Regim. Reip. d. diff. 17. n. 10. versic. Dicendum. prop. fin.*, Valasc. de *Partit. cap. 8. n. 19.*, Peg. For. *cap. 3. n. 678.*, Guerreir. *tract. 3. lib. 6. cap. 36. n. 3.*

Limita 2. in emptione prædiorum, in qua non tenentur etiam tutores, nisi tantum de culpa lata, cupidas enim emendi poterat decipere illos; Cald. in L. Si curatorem. verb. Sine curatore. num. 5. versic. Hoc enim., Gutierrez. de *Tutel. p. 2. cap. 16. n. 9.*, Peg. For. *tom. 1. cap. 3. n. 688.* & 689., Guerreir. *tract. 3. lib. 6. cap. 36. n. 2.*

Limita 3. in hereditibus tutorum, qui non possunt conveniri, nisi tantum de lata culpa, & non de levi; Manz. de *Tutor. p. 2. tit. 3. q. 3. ex n. 81.*, & *tit. 7. q. 8. n. 40.*, Cald. in L. Si curatorem. d. verb. Sine curatore. n. 6. prop. fin., August. Barbos. ad *Text. in L. 1. n. 1. Cod. de Hered. tut. vel curat.*, Valasc. de *Partit. cap. 8. n. 18.*, Peg. For. d. *cap. 3. n. 681.*, Guerreir. *tract. 3. d. cap. 36. n. 4.*

(d) Provisores exercent officium Calculatorum in tertii reddituum Conciliorum, ex *Ord. hoc tit. 62. §. 67.*, Oliveira. de *Muner. Provisor. cap. 6. num. 1.*; & tenentur eas exigere à Receptoribus, ut declarat hæcmet Ordinatio §. 68. & 69.: & si aliquid ex sua negligentia, vel omissione non fuerit exactum, nec exigi possit, tenentur iidem Provisores damnum resicare, ut disponitur in hac Ordinatione; Cresp. de *Valdaur. observ. 84. per tot.*, Calder. dec. 96. n. 4.; quia Judices, quibus committitur administratio rerum Fiscalium, seu publica exactio, tenentur de lata, & levi culpa; ex *Text. in L. Magistratus. 6. ff. de Administrat. ver. ad Civit. pertinent. L. unic. Col. de Conduct. & Procurat. sive Act. præd. fiscal. lib. 11.*, & cum pluribus aliis Calder. p. 2. dec. 96. n. 1., Amay. in L. 3. Col. de *Canon. largit. tit. 9. n. 19.* Et in eorum bonis habet Fiscus tacitam hypothecam; ex *Text. in L. Aufertur. §. Fiscus. ff. de Jur. Fisc.*, Bovadilh. in *Politic. lib. 3. cap. 8. n. 91.*, & *lib. 5. cap. 14. n. 8.*, Escobar de Ratiocin. *cap. 39. n. 8.* Executantur tamen de levissima culpa, ut probat Calder. d. dec. 96. n. 7.

(a) Officia-

Negligentes sendo o Alcaide, e Escrivão da vara em guardar de noite a Cidade, ou Villa, devem pagar por seus bens qualquer mal, ou furto, que se faça, *liv. i. tit. 75. §. 8.* (a)

Negligentes sendo os Jurados em guardar a Terra, pagaráo por seus bens todo o damno, que se fizer, assim ás partes, como ao Concelho, *liv. i. tit. 66. §. 6.* (b)

(a) *Officiales, quibus commissa est custodia Civitatis, si ex sua negligentia aliquod damnum sequatur, tenentur illud resarcire;* de quo vide *Lessium de Just. & Jur. lib. 2. cap. 13. sub n. 78. in fin.*, *Berton. de Negligent. & Omission. part. 1. artic. 22. n. 23.* Quilibet enim Officialis tenetur per actionem in factum satisfacere omne damnum ex sua negligentia procedens, ut latè prosequitur *Farinac. in Prax. crimin. q. 111. n. 397.*, *Calder. dec. 47. per tot.*, & præcipue *ex n. 43.*, ubi agit de modo probandi negligentiam ad incurandum delictum.

(b) *Custodes hortorum, vinearum, & agrorum, cum ad talem custodiam conducti sint, tenentur evitare damna, quantum in ipsis est, alias si fuerint negligentes, tenentur ipsa damna resarcire;* ut tenent Bonacini. *de Restitut. in gener. disp. 1. q. 2. p. 11. n. 4.*, latissimè *Berton. de Neglig. & Omission. p. 2. artic. 12. ex n. 21.* Et an isti custodes teneantur de damno dato per viatores comedentes uvas in vineis, quas custodire tenebantur? negativè resolvit Gratian. *For. cap. 80. n. 16.*, *Caroc. de Locat. p. 7. conclus. 20.*, *Berton. de Negligent. d. artic. 12. n. 42.*, *Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 39. n. 8.*; quia de Jure Divino permittitur viatoribus ingredi vineam, & comedere uvas, & in campo demissas collige spicas, ex *Levit. cap. 19. vers. 9.*, & *cap. 23. vers. 22.*, *Deuteronom. cap. 24. vers. 19.*, *Ruth. cap. 2. per tot.*, de quibus locis vide eundem *Berton. latissimè ex n. 23.* Et hoc etiam procedere in herba, quam collegit viator pernotans in via ad alendum equum, tenet idem Gratian. *For. d. cap. 80. n. 20.* Et idem procedere in spicis, quæ de manu messorum ceciderunt, dicit *Berton. d. artic. 12. n. 47.*

(c) *Officiales destinati, seu electi ad inservienda Hospitalia, & Confraternitates, & ad eorum bona administranda, tenentur ad damnum, quod propter eos negligeniam passa fuerint; nam quilibet administrator, sive publicus, sive privatus tenetur ex sua negligentia, seu culpa lata, aut levi, ut aiunt Escob. de Ratiocin. cap. 19. à n. 1. & per tot., Altimar de Nullit. contract. tom. 1. rubr. 1. q. 6. sect. 3. n. 87.*, *Berton. de Negligent. & Omission. p. 2. artic. 3. ex n. 1. & per tot.*, *Sabel. in Sum. §. Administrat. n. 22.*, *Peg. tom. 1. Forens. cap. 3. n. 823.*, *Guerreir. tract. 4. de Ration. Reddend. lib. 2. cap. 12. ex n. 1. & seqq.*; & ideo si propter suam negligentiam non percipientur aliqui redditus, qui debeantur à colonis, vel altera familia debita, & interim debitores non solvendo efficiantur, tenentur tales Officiales, seu administratores ipsa debita satisfacere, ut probatur ex hac Ordinacione, & tenent Escobar de Ratiocin. *cap. 19. n. 21.*, *Gratian. For. cap. 125. ex n. 1. & seqq.*, & *cap. 626. n. 1. & seqq.*, *Salgad. in Labyrint. credit. p. 3. cap. 11. n. 105.*, *Hermosilh. in L. 10. globo. 4. tit. 1. part. 5. num. 232.*, *Peg. For. d. cap. 3. n. 678.*, *Guerreir. tract. 3. de Dation. & Obligat. Tutor. lib. 6. cap. 22. n. 13.*, & *tract. 4. lib. 4. cap. 13. n. 17.* itaut ista Hospitalia, & Confraternitates, ad sua damna resarcenda, habeant tacitam hypothecam in bonis Officialium administrantium illorum bona; ex Text. in *L. Orphanostrophos. 30. Cod. de Episcop. & Cleric.*, *Negusant. de Pignor. p. 2. membr. 4. n. 123.*, *Escob. de Ratiocin. cap. 39. n. 14.*, *Merlin. de Pignor. & hypothec. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 18.*

(d) *Creditor, qui sententiam obtinuit adversus suum debitorem, si negligens fuerit in illius executione, & alius creditor, qui sententiam posteriorem consequitus fuerit, illius virtute pignorationem fecerit, habebit prælationem in solutione debiti, ut declarat hæc Ordinatio,*

Negligentes sendo os Officiaes das Confraternitas, Hospitaes, e Albergarias na arrecadação das rendas dellas, os Provedores lhas faráo pagar executivamente, como dívida Real, *liv. 1. tit. 62. §. 63.* (c)

Negligentes sendo o créedor em executar sua sentença, naõ preferirá a outro créedor, que primeiro fizer penhora, aindaque seja posterior a sua sentença, *liv. 3. tit. 91. §. 1.* (d)

Negli-

& de materia vide Doctores, quos supra retulimus in verb. *Créedor, que primeiro fizer penhora, prefere a outros crédores.* Sed quia hæc Ordinatio solummodo à prælatione excludit creditorem negligentem, & non illum, qui justum habuit impedimentum; venit dubitandum: An minor quando negligens fuerit in pignorando, & exequendo suum debitorem, debeat restituui contra suam negligentiam, & omissionem, itaut præferatur alteri creditorri prius exequenti? affirmativè resolvit Gabr. Per. dec. 7. n. 3., Mend. à Castr. p. 1. lib. 3. cap. 21. n. 68. & 70., Addition. ad Reynos. observ. 61. ad n. 54. in princ. verific. Adverte., Peg. rom. 12. ad Ord. lib. 2. tit. 51. in princ. n. 47., Guerreir. tract. 1. de Inventar. lib. 4. cap. 12. n. 133., Sylv. tom. 3. ad Ord. lib. 3. tit. 91. in princ. n. 46.

Allii verò contrarium sentiunt, ut ait idem Mend. d. cap. 21. n. 69., Aroua. in *L. Jus Civil. 6. n. 6 ff. de Just. & Jur.* Sed de hoc vide quæ scripsit Senat. Joann. Alvar. da Costa in sequenti Nota ad istam Ordinationem. *Diversimodo judicatum video circa minorem; nam plures judicant, tit. 91. limitari in minore, ex Mend., Barbos. in Remiss., & Valasc. in Regul. Qui prior. Alii rectius, meo videri judicant, minorem restitui non posse contra Legem, neque priorem alterius pignorationem posse judicari posteriorem, cum fictio, seu retroactione non admittatur cum prejudicio tertii. Quare optimum erit distingueere inter casum, quo minor habens sententiam priorem ex causa anteriori cum hypotheca, & pignorationem post alium fecit, cum prius potuisse illam facere, vel protestari, & inter eum casum, quo minor sententiam, & si ex anteriori debito, postea reportavit; itaut in primo casu restituatur adversus omissionem, cum haberet sententiam anteriorem, & sit Iesus, & restitutionem petat, non adversus legem, sed adversus suam omissionem, & si que non petat, ut sua posterior pignoratio prior per retroactionem singatur, sed quod sibi non prejudicet illa omissione virtute restitutionis in integrum, que nunquam datur sine damno partis adverse. At in secundo casu, quies minor sententiam posterior reportavit, & debitum etiam erat posterior, non debet restitui; quia hoc effet restitui adversus Legem, que cum tantummodo admittat limitationem in casu urgentis impedimenti post sententiam, & ex hac limitatione fundatur extensis ad casum minoritatis, debet esse intra terminos dicti limitationis, hoc est, quando habeat prius sententiam ex creditore anteriore, siquidem si sententia esset posterior non veniret attendendum impedimentum, ac proinde neque etiam minoritas. Quod nota, quia alibi non ita invenies. Sed etiam non habita sententia, & adversus omissionem protestationem, minorem admittimus: ast opus est, quod creditor esset hypothecarius, si primò sententiam non reportavit.*

Quid autem si legatarius consequatur sententiam adversus hæredem, ut ei legatum solvat, & negligens adeo sit in illius executione, ut aliis hæredis creditor sententiam adversus illum reportet, & pignorationem, executionemque prius faciat; an hæc negligentia noceat legatario, itaut aliis hæredis creditor in solutione sui debiti eidem legatario præferatur? negativè refert judicatum idem Senator Joann. Alvar. da Costa in sequenti Nota: *Julgamos que esta Ley não procede contra os Legatarios; porque estes preferem nos bens da herança aos credores do herdeiro, aindaque estes façam penhora, e tenham arrematado, naõ havendo outros bens, de que possam haver pagamento, ex L. Penult. ff. de Separat., Ulhoa de Legat. disert. 8. à n. 51., Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 1. q. 22. à n. 35., Venturim. dec. 54. ex num. 16., Batilb. de Success. cap. 1. theorem. 6. ex num. 27. Procedendo o mesmo a respeito dos que tem pensões nos bens dos morgados.*

Negligente sendo o filho em curar o pay, ou māy, que perdeo o siso, poderá ser desherdado, *liv. 4. tit. 88. §. 14.* (a)

Negligente sendo algum em curar a pessoa, que perdeo o siso, á qual havia de suceder por testamento, ou abintestado, não poderá ser seu herdeiro, *ibid. §. 15.* (b)

Negligente sendo o filho em remir o pay, ou māy do captiveiro, poderá ser desherdado, *liv. 4. tit. 88. §. 16.* (c)

NEGOCIADOR, que tratou negocio em nome de outrem na Corte, pôde nella ser demandado, posto que ahi não seja achado, *liv. 3. tit. 6. §. 4.* (d)

NEGOCIOS se não façam na Corte por dinheiro, *liv. 5. tit. 83.* (e)

NEGROS, que não façam bailes em Lisboa, *liv. 5. tit. 70.* (f)

NETO não exclui o Tio na sucessão dos bens da Coroa, *liv. 2. tit. 35. §. 1.* (g)

Neto

(a) Vide supra notata in verb. *Filho, que foi negligente em curar o pay, ou māy, que perdêra o siso natural,* &c.

(b) *Siquis in furorem, aut dementia incidenterit, & ille, qui ei successurus erat, nullam diligentiam adhibuerit in ejus curatione, privabitur tanquam indignus ejus hereditate, ut disponitur in hac Ordinatione, de cuius materia vide Molin. de Just. & Jur. diff. 176. n. 31., Portug. de Donation. Reg. p. 3. cap. 20. n. 24.*

*Quæ dispositio extenditur ad aliam quamcumque infirmitatem, qua quis laborat; nam si futurus hæres eum neglexerit in curatione, non præstanto alimenta necessaria, vel Medicum non adhibendo, itaut testator propter hanc negligentiam moriatur, non poterit esse suus hæres; ex Text. in L. In dignum. 3. ff. de His, quænt indign. auferant., Farinac. in Præx. crimin. q. 120. n. 35., Berton. de Neglig. & Omis. p. 2. artic. 21. n. 1., Merlin. de Legitim. lib. 4. tit. 1. q. 17.; & ad hoc sufficiet non adhibere Medicum peritum; quia paria sunt non adhibere Medicum, atque adhibere imperitum; Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 69. n. 3. in fin., Mascal. de Probat. vol. 3. conclus. 1040. à n. 1., Merlin. de Legit. d. q. 17. n. 1., Farinac. in Præx. crimin. q. 120. n. 76. Et quando Medicus dicatur peritus, vel imperitus, explicat Guazin. de Difens. reor. defens. 4. cap. 12. n. 22.*

(c) Vide supra notata in verb. *Filho, que não resguardou o pay, ou māy, sendo captivos, pôde ser desherdado.* Nota tamen, quod si filius fuerit minor 18. annorum, excusat ab hac negligentia, licet sit contra pietatem naturalem, ut præter Doctores, quos in d. loc. retulimus, dicit Odd. de Restit. In integr. p. 2. q. 81. n. 18., ex Text. in Aut. Si captivi Cod. de Episcop. & Cleric.; nam licet major 17. annorum possit ex delicto puniri, ut tenent Doctores supra relati in verb. *Menor, que for de idade de desafette annos até vinte, ficará no arbitrio do Julgador dar-lhe a pena total,* &c.; attamen cum haec negligentia redimendi patrem sit delictum omissionis, & non commissionis, benignius cum eo jura agunt; quia minor dum negligit ea facere, quæ natura suadet, excusatur; si vero committit ea, quæ natura dissuadet, non excusatur; quia tunc videtur etatem à malitia superari, ut ait idem Odd. de Restit. In integr. d. q. 81. n. 19.

Et nota, quod ad redimendum patrem, potest minor vendere ejus bona, ut docent DD., quos in dicto loco laudavimus; & in hoc casu non restituitur minor adversus venditionem ab eo factam, si eam petat ex eo solum, quia vendidit; quia de jure naturæ ad hanc redemtionem tenebatur, idem Odd. de Restit. In integr. p. 2. q. 2. n. 27. Si tamen petat restitucionem adversus læsionem in venditione interveniente, vel quia vendidit immobilia, cum posset vendere mobilia, vel res minoris pretii, tunc admittenda erit restitutio, ut declarat idem Odd. d. q. 2. n. 27.

(d) Agitur in hac Ordinatione de foro contractus; sed ejus dispositio exorbitans videtur à jure communis; nam licet certissima sit juris conclusio, quod in loco celebrati contractus fortiter contrahens forum, & quod ibi conveniri potest, per Text. in L. Hæres absens. §. Proinde. ff. de Judic., & ibi Petr. Barbos. in §. 1. n. 2., Ægid. in L. Ex hoc jure. part. 2. cap. 11. convenient. 8. n. 7., Carleval de Judic. tit. 1. diff. 2. ex n. 160., Oliv. de For. Eccles. p. 3. q. 22. num. 1., Antonel. de Loc. legal. lib. 2. cap. 1. q. 14., August. Cald.

Barbos. in cap. Licet. 20. num. 3. de For. compet., Altimar de Nullit. sent. rubr. 9. q. 26. n. 3., Peg. For. tom. 5. cap. 98. n. 60. præter alios, quos eruditè recenset Sap. D. Felician. à Cunha França in suis Aureis annotation. ad Mend. à Castr. p. 1. lib. 1. cap. 3. n. 9.

Attamen haec conclusio procedit, si ipse contrahens reperiatur in loco, in quo contraxit, quia tunc poterit ibi conveniri; si vero fuerit absens, convenientius erit in loco domicili; Petr. Barbos. in L. Hæres absens. §. 1. n. 11. & seqq., & §. Proinde. n. 94. ff. de Judic., Ægid. in d. cap. 11. conven. 8. in princ., Oliv. de For. Eccles. p. 3. d. q. 22. n. 23. & 36., Carleval de Judic. d. diff. 2. n. 218., Altimar de Nullit. sent. rubr. 9. q. 26. n. 17., August. Barbos. ad Text. in cap. 1. de For. compet. in Sext. n. 10., Moraes de Execut. lib. 1. cap. 8. n. 18.

Sed haec Ordinatio aliter decernit; nam sive Reus inveniatur in loco contractus, sive sit absens, semper convenientium esse in loco contractus aperte jubet in verbis ibi: *Posto que n.º seja acabado nella, ex quo videtur hanc Ordinationem discrepare à jure communis, ut ait Barbos. in d. L. Hæres absens. §. 1. n. 5. ff. de Judic., quem sequitur Oliv. de For. Eccles. p. 3. d. q. 22. n. 40.*

At, firma remanente dispositione juris communis, videtur hanc Ordinationem procedere solummodo in contractu, qui fuerit in Curia celebratus; nam propter Curiae prærogativam, quæ dicitur patria communis, sustinetur hujus Legis dispositio sine infractione juris communis; & ita videtur sentire Ægid. in L. Ex hoc jure. d. cap. 11. conven. 8. n. 9., quod in nostro Regno latius procedere dicit, quia per Ord. lib. 3. tit. 3. quilibet in Curia conveniri potest, etiamsi alienigena sit; nam Curia supremi Principis dicitur patria communis respectu subditorum, ut ait Gonzal. in cap. fin. de For. compet. n. 6.

Adverte tamen, quod omnia supra relata procedunt, quand, quis simpliciter contrahit; quia si se obligaverit in ipsius contractus loco respondere, & proprio foro renuntiaverit, tunc convenientius erit in loco contractus, etiamsi absens sit, ut declarat haecmet Ordinatio in §. 2. buj. tit., & tit. 11. §. 1., Petr. Barbos. in L. Hæres absens. §. 1. n. 43. ff. de Judic., Altimar de Nullit. sent. rubr. 9. q. 26. n. 26., Oliv. de For. Eccles. p. 3. q. 22. num. 24., Ægid. in L. Ex hoc jure. p. 2. cap. 11. d. conven. 8. n. 6., Moraes de Execut. lib. 1. cap. 8. n. 16. & 17. Peg. For. cap. 11. ex n. 11., apud quos omnia de materia plenissime discussa invenies.

(e) Vide Farinac. in Præx. crimin. q. ult. n. 297., Vadilh. in Polit. lib. 3. cap. 9., Cortiad. dec. 106. num. 113., Phæb. p. 2. dec. 127. n. 22. & 23., & p. 1. arest. 167., ubi dicit hoc non procedere in causis justitiae, sed gratiae; & vide etiam Peg. For. tom. 6. cap. 140. per tot., ubi super materiam hujus Ordinationis latissime deliberatum fuit.

(f) Vide supra verb. *Bailes não podem fazer os Escravos, nem Pretos forros,* &c.

(g) Disponitur in hac Ordinatione, quod si primogenitus, relictis filiis, decedat in vita patris possidentis bona Regiae Coronæ, postea moriente patre succedit filius secundus, exclusis filiis primogeniti defuncti; nam concurrente patruo cum nepote ad successionem bonorum Coronæ, patruus excludit nepotem; quia in hac successione non admittitur representatio ex hujus Legis dispositione; Cost. de Major. Reg. Coron. p. 1. n. 19. Cald.

Neto filho do filho menor, que morreu na guerra, exclui a seu Tio na sucessão dos bens da Coroa, *liv. 2. tit. 35. §. 1.* (a)

Neto, que for natural, ou espúrio, ainda que seja legitimado por El-Rey, não pode suceder em bens da Coroa, *ibid. §. 12.* (b)

Neto varão filho de filha legítima não sucede ao avô nas terras da Coroa, *ibid. §. 14.* (c)

Neto, a quem o Avô em sua vida deu os

bens da Coroa que possuia, com autoridade d'El-Rey, se falecer em vida do mesmo Avô, tornaõ para elle os ditos bens, *ibid. §. 16.* (d)

Neto não pode fazer contrato de compra; ou troca com seu Avô, sem consentimento dos outros netos, filhos ou descendentes que houverem de ser herdeiros, e não dando estes consentimento, se pedirá licença a El-Rey para se fazer o contrato, *liv. 4. tit. 12.* (e)

### Neto

Cald. *Recept. sentent. lib. 1. q. 19. à num. 21.*, Valasc. *de Jur. emphr. q. 50. n. 20. ad fin.*, Souf. *in L. Fæminæ. p. 1. n. 210. ff. de Regul jur.*, Peg. *tom. 11. ad Ord. lib. 2. tit. 35. §. 1. cap. 53. num. 12.*, Card. *de Luc. post lib. 1. de Feud. in Decis. Sicilie. n. 161.*, ubi de successione hujus Regni petulantissimè loquitur.

Sed dispositio hujus Legis iam hodie revocata existat, per Legem stabilitam in Comitiis Regis Joann. IV., in qua decretum fuit, quod filius primogeniti decedens in vita patris excludat patrum in successione bonorum Coronæ; quæ Lex invenitur inserta in Ord. lib. 2. tit. 35. *Coll. 1. n. 1.*, & eam transcripsit Peg. *tom. 10. ad Ord. d. tit. 35. ad rubr. cap. 21. num. 70.* Et vide quæ jam notavimus in verb. Mórgado dos bens da Coroa se defere pela ordem, que he disposto pela Ley Mental.

(a) Hæc erat solemnis limitatio supra relatae Ordinationis; de qua vide quæ supra notavimus in verb. *Filho do filho mayor, que morreu na guerra, exclui a seu Tio na sucessão dos bens da Coroa;* & verb. *Morreu em baralha se diriver por gloria para efeito de seu filho excluir a seu Tio nos bens da Coroa.*

(b) Nepos spurius, seu naturalis non succedit in bonis Regiae Coronæ, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Molin. *de Just. & Jur. tract. 2. disp. 576. n. 10. vers. Filius.*, Peg. *in tract. de Spur. glos. 3. n. 109.*, & *tom. 10. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad Rubr. cap. 21. n. 46.* Quod procedit, etiam si iste nepos naturalis sit legitimatus à Rege, ut declarat hæc eadem Ordinatio, & tenet Cabed. *p. 2. dec. 27. n. 4.*, Molin. *d. disp. 576. d. vers. Filius.*

Si verò in legitimatione à Principe concessa declaratur, quod ipse legitimatus possit succedere in bonis Coronæ, non obstante Lege Mentali, tunc remanet impedimentum sublatum, & poterit nepos ab avo acquirere bona Coronæ per viam successionis, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Cabed. *d. dec. 27. n. 4.*, Phæb. *p. 1. dec. 97. n. 13.*, Arouc. *ad L. 2. ff. de Adoption. n. 2.*, Rox. *de Incompatibil. p. 1. cap. 6. §. 6. n. 78.*, Peg. *tom. 2. ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 1. cap. 32. n. 213.*, & *tom. 10. lib. 2. tit. 35. ad rubr. cap. 21. n. 48.*, Aquil. *ad Rox. d. cap. 6. n. 55.* Cætera, quæ ad materiam convenire possunt, vide apud Peg. *d. cap. 21. ex n. 49.*

(c) Probatur ex hac Ordinatione, quod exclusa matre à successione majoratus, filius ex ea succedere non potest; de quo vide Gabr. Per. *dec. 59. n. 1. & 2.*, Larream *dec. 54.*, Giurb. *de Feud. §. 29. glos. 6. n. 86.*, August. Barbo. *lib. 1. Vot. 7. ex n. 15.*, & *lib. 2. Vot. 70. per tor.*, Castilh. *lib. 5. Controv. cap. 103. à n. 12.*, Rox. *de Incompatibil. p. 1. cap. 6. ex n. 318.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. disp. 9. §. 9. à n. 8.*, Card. *de Luc. de Fideicomiss. discurs. 25. cum seqq. usq. ad 33.*, Ros. *conf. 69. à n. 199.*, Arouc. *in L. In multis. 9. ff. de Stat. homin. n. 66.*, Peg. *de Majorat. cap. 16.*

Quid autem in majoratu simplicis masculinitatis, in quo masculus ex foemina non excluditur, an saltem veniat excludendus, cum ex duabus foeminis descendit? vide Rox. *de Incompatibil. part. 1. cap. 6. n. 325.* Et vide verb. *Bens da Coroa, nelles á falta de filho varão não sucede a femea.*

(d) Postquam hæc Ordinatio statuit in istomet §., quod, decedente Donatario bonorum Regiae Coronæ absque descendantibus, superflite tamen patre, seu ali-

quo sui ipsius ascende, reverti debent ad Coronam ipsa bona, quorum defunctus erat donatarius: nunc limitat in casu, quo ipse pater, seu quilibet alias ascendens fuisset eorumdem bonorum donatarius, & interveniente Regia auctoritate transtulisset ea in filium, seu nepotem; quia tunc revertentur ad avum, seu parentem, quando nepos, vel filius decebat sine filiis, vel nepotibus; quæ dispositio videtur desumpta ex Text. in cap. 1. §. ult. Si de feud. defunct. fuerit controvers. inter Dom. & agnat., & pluribus DD. firmat Card. *de Luc. post tract. de Feud. in Decis. Sicilie. n. 71.* Rox. *de Incompatibil. p. 1. cap. 6. n. 210.*, Molin. *de Just. & Jur. disp. 576. num. 10.*, Peg. *tom. 10. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad Rubric. cap. 21. n. 54.*, & *tom. 11. ad eundem tit. §. 16. cap. 191. glos. 98. n. 1.*

Et an in isto casu devolvantur bona Coronæ ad avum, vel parentem jure successionis, aut jure reversoris, disputat eleganter Card. *de Luc. in d. Decis. Sicilie. ex n. 73.*, & concludit, quod devolvuntur jure reversoris, plures DD. referendo in *n. 77.*, Aquil. *ad Rox. p. 1. cap. 6. n. 249.*, qui in *n. 252.* videtur contrariam amplecti sententiam.

(e) De materia hujus Ordinationis vide Molin. *tract. 2. de Just. & Jur. disp. 343. n. 7.*, Pinel. *ad Rubr. Cod. de Rescind. vendit. p. 2. cap. 2. n. 10.*, Phæb. *p. 2. dec. 120.* Et an hæc Lex, sicut procedit in nepote, procedat etiam in filio emancipato? negativè videtur resolvendum, ex eo quia prohibitio hujus Legis intelligitur de filio existenti sub potestate paterna; Gam. *dec. 295. n. 2.*, Molin. *d. disp. 343. n. 8.*, Phæb. *p. 1. arest. 80.*, Sylv. *in Comment. ad Ord. lib. 4. tit. 1. ad Rubr. artic. 5. num. 31.* Sed contrarium verius est; quia nepos non est sub potestate avi, sicut non est filius emancipatus sub potestate patris; & atamen nepos non potest contrahere cum avo: ergo nec etiam emancipatus poterit contrahere cum patre; & ita judicatum fuisset testatur Senator Themudo in sequenti Nota, *Ibi: filhos; posto que sejaõ emancipados: assim o vi julgado; quidquid Phæb. p. 1. arest. 80. & contra Phæb. tenet Barbo. in Additam. ad lib. 4. num. 16. Habet in tuo libro Arestorum.*

Ita etiam judicatum refert Senator Oliveira in sequenti Nota: *Limita no emancipado, ou casado, Phæb. p. 1. arest. 80. Sed contrarium verius est, ut sentit idem Phæb. & judicatum fuit in causa Brasiliensi de Jacques Peres com Henrique Leitaõ: & probatur ex hac Lege, ibi: ou netos, ou outros descendentes; ex quibus excluditur consideratio patriæ potestatis. Et etiam Senator Joann. Alvar. da Costa, ex quadam Nota deprompta ab Ordinatione Senatoris Viegas, ita notavit: Quidquid Barthol. de jure dixisset, hoc Ordinatio procedit etiam in emancipatis, quia loquitur de nepote, & descendantibus.*

Ad verb. *Sem consentimento dos outros netos, filhos, ou descendentes; an sufficiat consensus tacitus ad validitatem hujusmodi contractus?* affirmativè resolvit, & judicatum refert Phæb. *p. 2. dec. 120. à num. 6.*, Souf. *in Commentar. ad tit. ff. de Pact. artic. 1. q. 2. n. 3.*, Sylv. *ad Ord. lib. 4. tit. 1. ad Rubr. artic. 5. n. 35.*, & *in Commentar. ad hunc tit. n. 6.* Sed contrarium judicatum fuisset testatur Senator Oliveira in sequenti Nota: *Sufficit tacitus filiorum consensus, Phæb. dec. 120., nos autem contrarium judicavimus in processu Brasilienſi*

Neto sucede no prazo do Avô, que faleceo ab intestato, se não houver filho, nem filha, *liv. 4. tit. 36. §. 2. (a)*

Neto pôde ser nomeado pelo Avô para suceder no prazo, em que ha clausula de nomear filho, ou filha, se não existirem filhos, posto que no contracto se não faça menção, senão de filha, *liv. 4. tit. 37. §. 6. (b)*

Neto, que for preterido no testamento do Avô, sendo o Pay já falecido, faz annull-

lar o mesmo testamento, *liv. 4. tit. 82. §. 4. (c)*

Neto, que falecer sem deixar filhos, nem pay, tendo o Avô, o deve instituir nas duas partes de seus bens, e sómente poderá dispôr da terça, *liv. 4. tit. 91. §. 1. (d)*

Neto, que falecer sem filhos, e sem Pay; ou Māy, tendo vivo o Avô, se o preterir, fica nullo o testamento, *liv. 4. tit. 82. §. 4. (e)*

Neto

*Brasiliensi de Jacques Péres, com Henrique Leitão, quia Ordinatio repugnat, si recte perpendatur in versic.: E naõ lhe querendo, &c. Cætera vide apud Sylv. in Commentar. ad bunc tit., ubi omnia eruditè congesst.*

Ad verb. *Se pedirá licença a El-Rey*; vide sequentem Notam Senatoris Oliveira, ibi: *Esta licença n.º está concedida aos Desembargadores do Paço em seu Regimento; e assim parece que a n.º podem conceder sem consulta a El-Rey; se não be que se pôde considerar comprehendida no §. 114., ao que mais me inclino; mas nunca v. este caso em pratica. Depois de ter escripto esta Cota, vejo á Chancelaria huma licença concedida pela Mesa, a qual glosei, e se reconheceo a glofa, e naõ passou.*

(a) Decedente emphyteuta ab intestato, si existat filius, & simul nepos ex alio filio, succedit filius in emphyteusi, excluso nepote ex alio filio; nam in contractu emphyteutico non ingreditur nepos locum patris, sed succeditur ordine successivo, scilicet, ut acquires sit prima vita, secunda filius, tertia nepos; quia in emphyteusi accepta pro se, & filiis, non habet locum representatio; Covarr. Prætic. q. est. cap. 38. n. 13., Valasc. de Juv. emphyt. q. 50. num. 5., Fulgin. de Juv. emphyt. tit. de Succ. in bon. emphyt. q. 1. n. 4., Robles de Representat. lib. 1. cap. 9. n. 18., & lib. 3. cap. 17. num. 6., Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. n. 1. cum seqq.

Et an ad petendam renovationem admittatur nepos, extante filio? vide sequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Costa: *Utrum ad jus petendae renovationis detur representatio? judicatum fuit, quod non, ex hac Ordinatio: Judicibus Andrade Rua, & Lacerda; Escrivão Manoel Ferreira de Lemos; andaos Autos appensos a huma Causa entre Dona Cecilia de Aragão com as Freiras de Santa Clara, Escrivão Antonio Ribeiro, sem embargo de tensionar o contrario o Doutor Jeronymo Vás Vieira, que dizia se naõ devia extender esta Ordenação ao direito da renovação, por este ser hereditario, e transmissivel, e como tal dar-se nelle a representação; quod mihi non absolum videtur.*

Omnia tamen supradicta procedunt in emphyteusi de pacto, & providentia; nam si emphyteusis fuerit hereditaria, tunc admittitur representatio; Mantic. de Tacit. & ambig. d. tit. 18. n. 7. versic. Hec autem, Peg. For. cap. 9. n. 23., Cald. de Nomin. q. 17. n. 13., & cæteri DD. supra relati, præter alias, quos retulimus in verb. *Filio precede a Neto na successão do foro de nomeação.*

(b) Probatur ex hac Ordinatio, quod si emphyteusis concessa sit pro se, & filiis, censemur etiam concessa pro nepotibus; nam in ea disponitur, quod moriente emphyteuta absque filiis, si existant nepotes, poterit eos nominare, etiamsi in contractu emphyteusis nulla de eis facta fuerit mentio; de quo vide benè Mantic. de Tacit. & ambig. tom. 2. lib. 22. tit. 12. per tot., Pinheir. de Emphyt. diff. 6. sect. 6. §. 4. num. 124., Cald. de Poteſt. eligend. cap. 11. n. 33., Fulgin. de Juv. emphyt. tit. de Succession. in bon. emphyteut. q. 12. num. 4., Peg. For. tom. 3. cap. 28. num. 57., & num. 936., Cordeir. de Juv. emphyt. dubitat. 30. num. 34.

*Quid autem si concurrant nepotes ex primo matrimonio, cum filiis secundi matrimonii, an possit nominari nepos, excluso filio? vide Peg. tom. 3. For. cap. 28.*

*ex n. 931. Et quid si concurrat nepos ex filio legitimo jam mortuo, cum filio naturali emphyteutæ decedentis? vide Cordeir. dub. 25. ex num. 43. Et si emphyteusis fuerit concessa pro se & filiis adjecta clausula, quod deficientibus filiis possit nominari persona extranea, an possit nominari extraneus, excluso nepote? vide Cald. de Poteſt. eligend. cap. 14. ex n. 6., Peg. For. cap. 9. pag. 628., ubi affirmativè refert judicatum.*

Et nota, quod ex hac Ordinatio probatur, quod conditio, sine liberis, deficit per existentiam nepotum, ut est communis opinio, de qua testatur Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 11. tit. 8. à n. 21., Cancer. lib. 3. Var. cap. 21. num. 280., Rot. apud Torr. de Pact. futur. success. dec. 173. n. 7. Sed hoc non procedit quoad nepotes posthumos, & tempore mortis in utero existentes, ut tenet Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 9., Arouc. in L. 7. n. 8. ff. de Stat. homin., quia isti nullo cognitionis jure avum attingunt, neque illi succedunt ab intestato; Cancer. lib. 1. Var. cap. 5. num. 5. Et vide supra verb. Forreiro, que tomar o prazo para si, e sua mulher, e para hum filho, que delles nascer, naõ tendo filhos, poderá nomear hum neto, &c.

(c) Cum Ordinatio in hoc loco declarat, quod circa præteritionem nepotis observetur illud, quod dispostum extat circa præteritionem filii, vide ea quæ notavimus supr. in verb. *Filio se o pay naõ fizer mençao delle noſtamento, &c.* Et verb. *Filio, que fallece com testamento, e naõ tem descendentes, porém tem pay, ou māy, ou ascendentes, &c., nam sicut filius præteritus facit annullare testamento patris, ita etiam nepos facit annullare testamento avi; Capyc. Latr. conf. 86. n. 12. & seqq. lib. 2., Giurb. ad Confuetud. Meſan. cap. 8. glof. 7. p. 1. & seqq., Rot. apud Torr. de Pact. futur. success. dec. 4. num. 3. 4. & 5. Si autem filius sit exhæredatus à patre, an nepos ex eo debeat institui ab avo? affirmativè resolvit Posth. resol. 56. num. 8., Torr. de Pact. futur. success. lib. 2. cap. 24. num. 70.; nam per exhæredationem habetur filius pro mortuo, & sublatu de medio patre, rediguntur nepotes ad conditionem filiorum, quin eis noceat exhæredatio patris, ut prosequitur idem Posth. d. obſerr. 56. num. 9. & seqq.*

(d) Vide quæ supra notavimus in verb. *Filio, que fallece com testamento, ou seja emancipado, ou esteja em poder de seu pay, e tem pay, ou ascendentes, deve-lhe deixar as duas partes, &c.*

(e) Sicut filius testamentum nulliter conficit, quando in illo non instituit patrem hæredem, ut supra notavimus in verb. *Filio, que fallece com testamento, e naõ tem descendentes, porém tem pay, ou Māy, e no testamento naõ faz mençao delle, be o testamento nullo: ita etiam si nepos non instituat avum, sed illum prætereat in testamento, erit nullum idem testamentum, ut declarat hac Ordinatio; quia circa nepotes militat eadem ratio, quæ circa filios; nam sicut filius dicitur eademi caro patris, idem dicitur de nepote respectu avi; quia nepos censemur verè natus ex corpore avi sui, ut tenet Boss. de Patr. pref. c. ip. 3. §. 7. n. 215., Menoch. conf. 124. num. 102., Tiraquel. in tract. de Primogen. q. 40. n. 36., Rubeus de Confus. jur. cap. 1. §. 2. n. 105.*

(a) De

Neto pôde ser desherdado pelo Avô, por qualquer daquellas causas, por que pôde o Pay desherdar o filho, *liv. 4. tit. 89. §. 18* (a)

Neto pôde desherdar ao Avô por qualquer daquellas causas, por que os filhos podem desherdar os Pays, *ibid. §. 8.* (b)

Neto do primeiro matrimonio sucede igualmente com os filhos do segundo nos bens, que forão havidos do mesmo primeiro matrimonio, no caso que não exista tio algum, filho do dito matrimonio, *liv. 4. tit. 91. §. 2.* (c)

Netos fazem entre si partilha dos bens de seu Avô, quando delle não ficarem filhos, *liv. 4. tit. 96. in princip.* (d)

(a) De causis exhaereditationis, ob quas pater potest exhaeretare filium, & avus nepotem in terminis hujus Legis, vide quae latè egimus supra in verb. *Filho, que puser as mãos iradamente em seu pay, ou māy pôde ser desherdado, cum pluribus sequentibus.* Nota tamen, quod nepos non potest exhaeretari ab avo, vel avia, propter odium adversus ejus patrem conceptum, vel ob causam exhaereditationis ab eo incursam, ut tenet Posth. *resolut. 56. n. 12.*

(b) Causas, ob quas filius potest exhaeretare patrem, & nepos avum, ex dispositione hujus Legis, vide supra in verb. *Filho, ou filha pôde desherdar o Pay, ou Māy por huma de sette causas, que sāo, &c.*

(c) Vide supra notata in verb. *Filho do primeiro matrimonio concorre na herança, que a Māy teve do filho fallecido ab intestado, com os netos, filhos de outro filho, &c.*

(d) Deficientibus filiis tempore, quo aliquis decepit, existentibus tamen nepotibus ex filiis jam defunctis, possunt isti nepotes petere divisionem bonorum avi, in quibus succedunt, eo modo, quo pater erat successurus; personam enim patris representant, ac si eadem persona esset, Castill. lib. 2. *Controv. cap. 19. à num. 50., & cap. 20. n. 18. & 19.*, Molin. de *Primozen. lib. 3. cap. 6. ex n. 48.*, Cald. For. *conf. 30. num. 2.*, Gratian. For. *cap. 456. à n. 5.*, Molin. de *Just. & Jur. diff. 627. n. 10.*, Gam. dec. *307. n. 8. & 14.*, Valasc. de *Just. Acclamat. p. 2. punct. 1. §. 6. n. 20. & 21.*, Rox. de *Incompatibilit. p. 1. cap. 6. n. 162.* Ideoque si plures nepotes existant ex unico tantum filio jam premortuo, succedunt omnes aequaliter, & inter eos debet fieri divisio bonorum in capita, & per viriles, & non in stirpes, ut ex pluribus tenet Merlin de *Legitim. lib. 1. tit. 4. q. 2. n. 1.*

Si vero concurrent nepotes ex uno filio cum patruo filio defuncti, tunc non connumerantur nepotes, ut singuli, sed pro una persona capiunt imaginem patris, & succedunt cum patruo in stirpes, & non in capita, itaut patruus capiat medietatem, & nepotes alteram medietatem; Gom. lib. 1. Var. cap. 1. num. 11., Merlin. de *Legitim. lib. 1. tit. 4. quest. 5. num. 2.*, Molin. de *Just. & Jur. tract. 2. diff. 626. num. 1.*, Cancer. p. 1. Var. cap. 5. num. 6.

Et si concurrent plures nepotes ex diversis filiis, nullo existente patruo, succedunt in stirpes, & non in capita; quia non considerantur ut singuli, sed ut representantes personam patris; & ideo nepotes ex uno filio, licet sint plures, habebunt dimidiam partem hereditatis ex persona patris; nepotes vero ex alio filio, licet sint pauciores, habebunt alteram dimidiam; ex Text. in L. 2. Cod. de *Suis*, & leg. *liber. Petr. Gregor. in Syntagma jur. lib. 45. cap. 8. n. 11.*, Cujac. tom. 7. ad lib. 5. tit. 2. ff. de *Inofficio. testament. lit. B. & C.*, Gom. lib. 1. Var. cap. 1. n. 10., Merlin. de *Legitim. lib. 1. tit. 4. q. 5. n. 6.*, Barbos. in L. *Post dotem. 41. n. 53. ff. de Solut. matrim.*, Castill. lib. 3. *Controvers. cap. 19. n. 61.*

Neto deve conferir a doação, que o Avô lhe fez, se quizer entrar á sua herança, *liv. 4. tit. 97. §. 20.* (e)

Neto pella representação de seu Pay exclui o tio da sucessão do mórgado, *liv. 4. tit. 100. in princip.* (f)

## NO

**N**OBRES se presumem obrar bem, e com fidelidade, *liv. 1. tit. 74. in princip.* (g)

NOBREZA se prova pelos braços das Armas, e appellidos, que se dão áquelles, que por honrosos feitos os ganharam, *liv. 5. tit. 92. in princip.* (h)

Nobre-

(e) Nepos, cui avus aliquid in vita donavit, teneatur post ejus mortem conferre donationem, si velit cum aliis cohereditibus partitionem in ejus hereditate consequi, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Valasc. de *Partit. cap. 12. n. 57.*, Guerreir. de *Division. lib. 2. cap. 11. n. 40.* Sed haec Ordinatio supponit donationem factam ab avo nepoti, esse factam contemplatione patris, ut probatur ex hacmet Ordinat. §. 21., & agnovit Valasc. de *Partit. d. cap. 12. n. 58.*; & sub hac suppositione indubium est, quod nepos tenetur conferre ipsam donationem, quam contemplatione patris ab avo acceptit, Valasc. d. cap. 12. n. 57., Aquil. ad *Rox. p. 4. cap. 3. n. 44.*, Boss. de *Dote. cap. 3. §. 3. n. 52. in fin. & n. 89.*, Merlin. de *Legitim. lib. 2. tit. 2. q. 8. n. 54.* Si autem donatio sit facta nepoti ipsius duntaxat contemplatione, & non ejus patris, tunc non tenetur eam conferre, ut ait idem Valasc. d. cap. 12. n. 58., Carvalh. in *cap. Raynaldus. de Testam. p. 4. cap. 1. sub n. 83.*

Adverte tamen, quod haec donatio ab avo facta nepoti semper presumitur facta contemplatione patris, ideoque semper censetur profectitia, ad hoc ut conferriri debeat; Menoch. de *Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 17. n. 7.*, Boss. de *Dote. cap. 3. §. 3. n. 90.*, Gam. dec. 34. n. 1., Valasc. d. cap. 12. n. 58. in fin., & cap. 13. n. 26., Carvalh. in *cap. Raynaldus. de Testam. p. 4. cap. 1. sub n. 80.* Et si scire velis conjecturas, per quas inducitur, quod avus donavit nepoti, ipsius contemplatione, & non patris, vide Merlin. de *Legitim. lib. 2. tit. 2. q. 9.*, Boss. de *Dote. cap. 3. §. 3. ex n. 46. u/q. ad n. 87.* Et ad materiam vide supra notata in verb. *Legitima do filio se conta com a doação, que lhe o avô fez.*

(f) Vide supra notata in verb. *Filho do filio maior exclui a seu tio na sucessão do mórgado;* & verb. *Mórgado succee de nelle o neto filho do filio mais velho.*

(g) Quia nobiles semper presumuntur bonis praediti moribus, atque virtutibus; ex Text. in L. *Quod si nolit. 31. §. Mancipia. 21. ff. de AEdilit. edit.*, Menoch. de *Præsumpt. lib. 5. præsumpt. 4. n. 6. & 7.*, & *præsumpt. 59. ex n. 1. lib. 6.*, Tiraquel. de *Nobilit. cap. 20. n. 20.*, Mier. de *Majarat. p. 1. q. 51. n. 65.*, Scobar de *Puritat. q. 4. §. 5. n. 6.*

(h) Nobilitatem probari ex armis, & insignibus familiæ nobilis, probatur ex hac Ordinatione; de cuius materia vide Altimar de *Nullit. tom. 7. rubr. 1. part. 5. q. 43. sub n. 727. versic. Probatur ex armis.*, Merlin. dec. 164., Cardin. de *Luc. de Præmin. disc. 32. n. 21.*, & *disc. 33. n. 12.*, Mascard. de *Prob. vol. 3. concl. 1097. n. 5.*, Sabel. in *Sum. §. Nobilitas. n. 3. versic. Item ex armis.* Probatur etiamp ex publica voce, & fama; nam cum nobilitas nihil aliud sit, quam communis hominum existimatio, & opinio, is reputatur nobilis, quem hominum aestimatio nobilem reputat; Mascard. d. *concl. 1097. n. 5.*, Scobar de *Puritat. q. 10. §. 2. n. 17.*, Farinac. in *Prax. crimin. q. 47. n. 101.*, Sabel. d. *§. Nobilitas. n. 3.*, Portug. de *Donat. p. 2. cap. 17. n. 39.*, Altimar d. *q. 43. sub n. 727. versic. Nobilitas quoad suscipiendum.*, & in *versic. seqq. latè de materia agit.*

(a) Quan-

Nobreza se deriva da parte das māys , *liv. 5.*  
*tit. 92. §. 6. (a)*

NODOAS inchadas , e negras he caso de querela , *liv. 5. tit. 117. §. 1. (b)*

NOMEAÇÃO se pôde fazer de causa litigiosa , *liv. 4. tit. 10. §. 11. (c)*

Nomeação , que se faz de algum prazo , se pôde revogar , se no contracto de afforamento foi dito , que pudesse nomear antes de sua morte , ou ao tempo della , *liv. 4. tit. 37. (d)*

Nomeação , que se fizer de algum prazo com traspassação delle na pessoa em quem for nomeado , não se poderá mais revogar , aindaque o emphyteuta te-

nha poder de nomear até á morte , *ibid. §. 1. (e)*

Nomeação , quando não he feita por aquelle , que tomou alguma propriedade de foro para si , e certas pessoas , e morre sem nomear , o herdeiro , que deixou no testamento , ficará nomeado , *liv. 4. tit. 36. (f)*

Nomeação se se não fizer por aquelle , que tomou alguma propriedade de foro para si , e certas pessoas , sucederá a filha , não havendo filho varão , aindaque seja mais moço que a filha ; e não sucederá o neto , posto que seja filho de filho mais velho , *liv. 4. tit. 36. §. 2. (g)*

Nomea-

(a) *Quamvis de jure nobilitas filiorum proveniat tantummodo à patre , & non à matre ; attamen per Statutum potest effici , ut filii maternam conditionem sequantur quoad honores , gentilitia , & armorum delationes , ut ex pluribus comprobatur Carvalh. in cap. Raynald. de Testam. p. 1. num. 236. , Sanch. de Matrimon. lib. 7. diff. 24. num. 2. , Portug. de Donat. p. 2. cap. 17. num. 37. , Carranz. de Part. cap. 3. §. 3. num. 17. Et cum apud nos dispositum extet in hac Ordinatione , quod nobilitas matris proficit filio , indubium remanet , quod in hoc Regno nobilitas non solum à patre , sed etiam à matre descendit ad filios , ut tenet Portug. de Donat. Reg. tom. 1. p. 2. cap. 17. num. 35. , Cabed. p. 2. dec. 73. num. 2. , Carvalh. in cap. Raynaldus. de Testam. p. 1. sub num. 236. , Faria ad Cov. lib. 4. Var. cap. 1. num. 130. , Carranz. de Part. d. §. 3. num. 16. Quid autem si mater illustris nubat plebeo , an in hoc casu ejus filii conditionem matris sequantur quoad honores ? vide Carvalh. d. cap. Raynaldus. p. 1. num. 239.*

(b) *De his contusionibus , vide quae notat Leit. de Jur. Lusit. tract. 3. q. 3. n. 122.*

(c) *Ad materiam hujus Ordinationis vide Cabed. part. 1. dec. 120. , Gabr. Per. dec. 25. n. 14. , Portug. de Donat. p. 3. cap. 38. num. 76. ; & supra verb. Litigiosa causa se pôde dar em nomeação.*

(d) *Certa conclusio juris est , quod habens facultatem nominandi aliquem ad emphyteusim , vel officium , seu aliam rem , si de facto semel nominet , seu eligat , non potest amplius nominationem revocare , cum ipsa electio , seu nominatio trahat secum executionem , & omnino consummata dicatur ; Valenzuel. tom. 2. conf. 155. num. 18. & seqq. , Gratian. For. cap. 58. num. 3. & 4. , Noguerol. alleg. 9. num. 35. , Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 22. num. 60. , Castilh. lib. 5. Controv. cap. 80. num. 10. , Salgad. de Supplicat. ad Sanctiss. p. 1. cap. 10. §. unic. num. 23. , Valasc. conf. 102. num. 12. , Portug. de Donat. tom. 1. p. 2. cap. 13. num. 38. & probatur ex hacmet Ordinatione in hoc tit. §. 2. Ex hac tamen Ordinatione videtur contrarium suaderi , ex eo quia dispositum in ea extat , quod , facta nominatione emphyteusis potest eadem nominatione ab emphyteuta ante mortem revocari.*

Sed debet adverti , quod aut potestas nominandi est simpliciter concessa in contractu primordiali ipsius emphyteusis , aut est concessa cum declaratione , quod possit nominare usque ad mortem , si fuerit concessa simpliciter , tunc facta nominatione non poterit iterum nominare , nec primam nominationem revocare , ut tenet omnes supra citati Doctores : si verò fuerit collata ad actum ultime voluntatis , tunc poterit mutari , & variari usque ad mortem , ut declarat hacmet Ordinatio , & tenet Molin. de Primog. lib. 2. cap. 4. n. 23. , Gom. in L. 17. Taur. 3 n. 6. , Valenzuel. conf. 63. ex n. 39. ,

Castilh. lib. 5. Controv. cap. 80. n. 18. , Salgad. in Laby. rint. credit. p. 2. cap. 27. n. 17. , August. Barbos. Vot. 126. n. 117. , Altimar de Nullit. contract. rubr. 1. p. 4. q. 39. n. 360. versic. Distinguit Bart. , Flores ad Gam. dec. 36. in princ. , Valasc. conf. 102. num. 27. , Portug. de Donat. p. 2. cap. 13. num. 39. , Aquil. ad Rox. p. 1. cap. 3. num. 27. , Cald. de Potest. eligend. cap. 2. num. 12. , qui omnes de materia latissimè agunt.

Si verò emphyteuta , qui habet simpliciter potestam nominandi , de facto emphyteusim nominaverit , an per ipsam nominationem dominium utile transferatur ? vide latissimè Cordeir. dubit. 36. per tot.

(e) *Hæc est quedam solemnis limitatio supra proximæ conclusionis , de qua vide plures DD. , quos laudavimus in verb. Foreiro , que tinha poder de nomear até o tempo da morte , se traspassar em sua vida o direito de causa afforada , &c.*

(f) *Vide supra verb. Foreiro , que toma alguma propriedade de foro para si , e certas pessoas , se sizer testamento de seus bens , e não nomear , &c.*

(g) *Vide supra verb. Filho , que facile sem nomear , ficando filho , ou filha , não haverá o foro o neto , &c. ; & verb. Neto pôde ser nomeado pelo Avô , para suceder no prazo , em que h. clausula de nomear filho , ou filha , se não existirem filhos , &c. Ad verb. Não havendo filho varão , posto que seja mais moço , que a filha . Ex hac dispositione rectè colligitur , quod , existente filio , non potest filia succedere in emphyteusi.*

Sed dubium est : An facta concessione emphyteusis per alternativam pro filiis , vel filiabus , nominari possit filia , excluso masculo ? de hac questione agit latissimè Cald. de Potest. eligend. cap. 15. n. 25. & seqq. & n. 37. & 38. , & eamdem questionem proponit , exornat , & resolvit Cordeir. p. 2. tract. 3. de Jur. emphyt. dubit. 30. & n. 1. usque ad 29.

Et quid , si pater habens expressam facultatem nominandi filium , aut filiam , decedat absque nominatione , reliquo filio juniori , & filia seniori , an saltem in hoc casu censeatur nominata filia senior ? vide resolutionem Senatoris Joan. Alvar. da Costa in sequenti Nota. Ad §. 1. , ibi : Posto que seja mais moço , que a filha : Est questio : Utrum hoc procedat eo in casu , quo concessa est facultas nominandi filium , vel filiam ? Episcopus Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. conf. 3. cum Caldas affirmat censeri nominant filiam , si filius junior sit : cui opinioni meum suffragium adhibere nequaero ; siquidem ex eo in §. 2. prævaleat sexus , quia pater cum non nominasset filiam , quam nominare poterat , præsumitur à lege electus : ergo idem erit in casu , quo expressa erat facultas nominandi filium , aut filiam ; cum sive expresse , sive non expresse data sit facultas nominandi filiam , semper eam , si vellet , poterat pater nominare ; quia nihil denudat expressa facultas nominandi filium , vel filiam : & nostra Lex providet de casu , quo pater usus non est sua libera facultate.

(a) Vide

Nomeação feita em testamento, posto que alias a nomeação huma vez feita se não possa revogar, todavia revogado o testamento, ou sendo nullo, fica ella revogada, *liv. 4. tit. 37. §. 4. (a)*

Nomeação, que fez o foreiro, de algum prazo, se poderá provar por testemunhas, *ibid. §. 3. (b)*

(a) Vide supra verb. *Foreiro fazendo nomeação no testamento, se depois revogar o dito testamento, &c.* Et an in terminis hujus Legis sustineatur nominatio ex clausula codicillari: affirmat Phæb. dec. 188. à n. 12., ubi refert judicatum; Molin. de *Jus. & Jur. diff. 132. n. 5.*, de quo vide latas, & eruditas deliberationes, quas transcribit Peg. For. cap. 9. ex n. 293.; & Thom. Vaz *alleg. 61. à n. 27.*, tenet validam esse nominationem, si testamentum annuletur, ex eo quod legitima non sit titulo institutionis reliqua; & Gam. dec. 1 26. dicit validam esse nominationem, si annuletur testamentum, ex eo quod testis non dixit se signasse mandato testatoris; quæ omnia videntur everti ex dispositione hujus Legis.

Et nota, quod si nominatus sit præfens, & acceptet nominationem, non revocatur ipsa nominatio, licet testamentum sit nullum, quia utpote contractus, qui testamento celebrari potest, manet irrevocabilis; Cald. consil. 10. n. 49., Fragos. de *Regim. Reip. p. 3. lib. 6. diff. 9. §. 23. n. 12.*

Nota etiam, quod si testamentum sit nullum ex defectu probationis, nihilominus nominatio erit valida, si probetur per testes sufficientes ad probandum nominationem, ut tenet judicatum Oliveir. de *Muner. Provisor. in Addit. ad cap. 1. n. 38.*: sed contrarium, immo eosdem testes requiri ad probationem nominationis testamento factæ, qui requiruntur ad probationem testamenti, tenet Ægid. in L. 1. p. 2. §. 2. num. 26. Cod. de *Sacerdos. Eccles.*, & vide Peg. For. tom. 3. cap. 28. n. 138., Carvalh. de *Ordinib. Militarib. tom. 2. Enucleat. 10. §. 4. & 5.*, Fragos. de *Regim. Reip. p. 3. lib. 6. diff. 9. §. 23. n. 9.*

(b) Vide supra verb. *Foreiro, que tinha faculdade de nomear até a morte, e fixar diversas nomeações, não se poderá provar por testemunhas, &c.* Et nota, quod licet in terminis hujus Ordinationis necessarii sint tres testes ad probandum emphyteusis nominationem, & quod sint omni exceptione maiores, ut inquit Ægid. in L. 1. Cod. de *Sacerdos. Eccles. p. 2. in princip. n. 36.*; attamen aliquando probari potest per conjecturas, utpote si detur alicui in dotem; quia ex defectu nominationis expressæ, præsumitur, & censetur emphyteusis nominata; Cald. de *Extinct. emphyt. cap. 10. n. 35.*, & de *Potest. eligend. cap. 2. n. 33.*, & cap. 4. n. 35., Pinheir. de *Emphyt. diff. 4. sect. 5. n. 73.*, & sect. 7. n. 130.: vel quando relinquitur titulo legati; quia si testator aliam nominationem non fecerit magis expressam, censetur ipsa emphyteusis nominata; Cald. de *Nominat. quæst. 10. à n. 2.*, Valasc. consil. 61. n. 12., Pinheir. de *Emphyt. diff. 4. sect. 7. n. 130.*, & diff. 6. sect. 1. n. 6. Et cum ad probandum dotem sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, ut latè prosequitur Peg. For. tom. 1. cap. 3. n. 605. & seqq., sequitur, quod probata dote per conjecturas, remanet etiam probata emphyteusis nominatio.

(c) Disponitur in hac Ordinatione, quod si emphyteusis in aliquem transferatur titulo dotis, non poterit amplius revocari, etiamsi ex concessione dominica variabilis sit usque mortem ipsius emphyteusis nominatio: quod tamen intellige, si in nominatum transferatur omne jus, quod in emphyteusi habebat ipse nominans. Ex quo venit dubitandum, si in dotis contractu apponantur omnes clausulæ constituti, & meliori juris modo, reservetur tamen à nominante ususfructus, quin exprimatur ab eo, quod cedit, & transfert in nominatum omne jus sibi competens, an hæc nominatio revocari possit? affirmative resolvit Cald. de *Port. Tom. II.*

Nomeação feita com traspasso de coufa afavorada por titulo de dote, ou outro, não se pôde revogar, *ibid. §. 1. (c)*

Nomeação feita pelo que comete o crime de Læsa-Magestade, he nenhuma, como se não fosse feita, e deve o prazo ser tornado ao Senhorio, se for concedido para certas pessoas, *liv. 5. tit. 6. §. 19. (d)*

### Nomea-

*test. eligend. cap. 4. n. 16. & 22. cum seqq., Valasc. consil. 102. n. 50., Gabr. Per. dec. 9. per tot., ubi judicatum refert, eo tamen reluctant, Fragos. de *Regim. Reip. p. 3. lib. 6. diff. 9. §. 23. n. 13.*; ex eo quia, cum nominatio sit revocabilis, etiam traditio regulata à titulo revocabilis est; nam simpliciter nominans absque declaratione, quod cedit totum jus in nominatum, refert se ad formam concessionis, & secundum illam nominat per relationem ad tempus mortis, & ideo revocabilis manet nominatio, etiamsi sequatur traditio, ut inquit idem Fragos. ubi supr. d. n. 15.*

Sed contrarium, scilicet, quod emphyteusis nominatio titulo dotis cum traditione illius, maneat irrevocabilis, itaut non possit nominans variare, nec talis nominationem revocare, tenent Barbos. in *Remif. ad hanc Ord. lib. 4. tit. 37. §. 1. n. 2.* ubi ita refert bis judicatum, August. Barbos. in *cap. Potuit, de Locat. n. 147.*, Pinheir. de *Emphyt. diff. 6. sect. 5. §. 4. num. 77.*, ubi dicit hanc opinionem esse veriorem; Peg. For. tom. 3. cap. 28. n. 644. versic. Et licet., ubi ita evictum refert. Quia habens potestatem nominandi usque ad mortem, abdicat à se potestatem variandi, quando nominat titulo dotis, cum titulus dotis ex se sit irrevocabilis, ut confirmat Pinheir. ubi supr. d. n. 77. & seqq. Cætera vide in verb. *Foreiro, que tinha poder para nomear até o tempo da morte, se traspassar em sua vida o direito da coufa aforada por titulo de dote, &c.*

(d) Si emphyteuta incurrat in atrocissimum crimen Læsa-Majestatis, non poterit emphyteusim amplius nominare, si ipsa emphyteusis sit de pacto, & providentia, & liberæ nominationis; quia per ipsum crimen efficitur servus poenæ, & sicut non potest de bonis suis disponere, ita etiam non potest ad emphyteusim nominare; Molin. de *Jus. & Jur. tract. 2. diff. 481. n. 9.*, Cald. de *Nomin. emphyt. q. 5. n. 37. 38. & 44.*, Portug. de *Donat. Reg. p. 3. cap. 22. n. 78.*, Addition. ad *Reynol. observ. 70. num. 17. versic.* Utrum autem. ad med., Peg. For. cap. 9. sub n. 173. Et si ipse emphyteuta ante commissum crimen jam habuerit nominationem factam, non sortietur aliquem effectum, sed annullabitur, tamquam si facta non esset, ut declarat hæcmet *Ordinatio in hoc §.*

Quod tamen intelligit Molin. d. diff. 481. n. 9. de nominatione per ultimam voluntatem, aut donatione causa mortis facta ante delictum; secùs autem si fuerit facta per contractum inter vivos irrevocabiliter; quia similes dispositiones non revocantur, nec efficiuntur nullæ ob crimen sequens, etiamsi sit Læsa-Majestatis Divinæ, vel humanæ, ut prosequitur idem Molin. diff. 659. num. 1., & tenet alter Molin. de *Primon. lib. 4. cap. ultim. num. 18.* Ad verb. *E deve o prazo ser tornado ao Senhorio.*

Nota, quod emphyteusis liberæ nominationis non devolvitur ad Fiscum ex hæresi, & confiscatione emphyteutæ, sed devolvitur ad dominum directum, ut patet ex hac Ordinatione; secùs si emphyteusis sit perpetua; Ord. lib. 5. tit. 1. §. 1., Portug. de *Donat. p. 3. cap. 22. n. 78.*, Pinheir. de *Emphyt. diff. 5. sect. 5. §. 7. n. 194.*, Molin. d. diff. 481. sub num. 10., Sanch. ad *Præcept. Dec. dog. lib. 2. cap. 19. n. 24.*, Peg. For. cap. 9. n. 274. & seqq., Peregrin. de *Jur. Fisc. lib. 3. tit. 1. n. 6.*, ubi refert judicatum, quod non possit nominare.

Et ita etiam fuit judicatum in Fisco Collimbriensi à Doctribus Francisco Barreto Froes, Didaco de Andrade Leitaõ, & Josepho de Souza de Moraes, viris

Nomeação simplezmente sem traspassar outro direito, se a pessoa nomeada morrer primeiro, o nomeante poderá nomear outra vez, *liv. 4. tit. 37. §. 5.* (a)

Nomeação de foro se entende ser feita em todos os herdeiros estranhos, que o defunto deixou em seu testamento, sem nomear particularmente no dito foro, e ficará a hum por seu quinhão, e satisfará aos outros na demazia em outros bens, *liv. 4. tit. 36. §. 1.* (b)

Nomeação não sendo feita, morrendo o foreiro abintestado sem descendente, ou ascendente, fica o foro devoluto ao senhorio, *ibid. §. 2.* (c)

Nomeado no prazo conferirá a estimação delle, *liv. 4. tit. 97. §. 22.* (d)

Nomeado por autor pode chamar outro autor, *liv. 3. tit. 44. §. 1.* (e)

Nomeando o Official na serventia do seu ofício a alguém, se este fizer erros, lhe faz perder o ofício, *liv. 1. tit. 96. §. 1.* (f)

Nome-

literatissimis, inter Ludovicum Pessoa de Eça, & Promotorem Fiscalem, ubi fuit Fiscus condemnatus restituere emphyteusim, eo quod numquam ad Fiscum pertinere poterat, & quod incapacitatem Actoris solus dominus directus allegare poterat. Sed in Senatu Lisbonensi in Judicio Fisci, Judicibus Araujo, Sardinha, & Baracho Leal, anno 1609. in causa Francisci Mendes de Castro, cum Michaële Rebello, judicatum fuit, quod etiam si emphyteusis esset Ecclesiastica, nihilominus filium confiscati actione carere, & quod ei non erat restituenda, ex eo quia ejus parens neque expresse, neque tacite nominare poterat, quo in casu juxta Regimen, ad Fiscum pertinebat, & quod dubium esse tantum poterat inter Fiscum, & directum dominum, cuius jus à tertio deduci non poterat: nam hereticus omnia perdit ipso jure; Farinac. de Hæres. q. 178. num. 3., Fermosin. de Confiscat. bonor. alleg. 20. num. 22. cum seqq., quod procedit, quamvis hereticus reconcilietur, Fermosin. de Confiscat. alleg. 32. n. 24., Mier. de Majorat. p. 1. q. 1. num. 67., Molin. de Jus. & Jur. diff. 658. n. 19. Regim. Fisc. §. 51., qui omnes dicunt perdere facultatem nominandi; Cald. de Nomin. q. 5. n. 24. in fin., Portug. de Donat. p. 3. cap. 28. n. 56. in fin.

Vide etiam sequentem Annotationem Senatoris Joan. Alvar. da Costa, ibi: *Na causa do Administrador da Casa de Aveiro com Simão Diniz da Silva, tendo-se julgado que se não devolvera o prazo de Luiz Pessoa de Eça, Judicibus Gaspar de Almeida de Andrade, Francisco Mendes Galvão, e Manoel da Cunha Sardinha, Escrivão da Coroa, se revogou por embargos, Judicibus, Galvão, Sardinha, e Luiz Pimentel da Costa, e se julgou que nem o reconciliado podia nomear, e que se devolvia, posto que ficou embargada, e se desistiu pela parte a favor do Duque de Cadaval, a quem se deu o prazo por mercê Real; sed fortiter fuit impugnatum; quia ante heresim poterat nominare, & post reconciliationem, ut dicebatur, quia reconciliatus non est hereticus; Surd. cons. 386. n. 14., Cacheran. cons. 78. n. 4., Cald. in L. nunc. Cod. Ex delict. defunct. n. 8., Farinac. in Polibum. p. 2. dec. 307. n. 6. Et quod facienda sit differentia inter relaxatum, & reconciliatum probat Molin. de Jus. & Jur. d. diff. 481. sub n. 10., & melius Barbosi. in L. Si finita. §. Si de vecigalibus. ff. de Damn. infect. quem refert Addition. ad Reynos. observ. 70. sub n. 17. Et ad materiam vide etiam supra verb. Foreiro do prazo, que foi concedido em certas pessoas, que se hajão de nomear, se cometter crime de Lesa-Magestade, &c.*

(a) Vide supra verb. Foreiro, que fizera nomeação do prazo em alguma pessoa, sem lhe traspassar outro algum direito, &c.

(b) Agitur in hac Ordinatione de casu, quo testator plures instituat heredes estraneos, quin aliquem eorum ad emphyteusim nominet; & disponit, quod omnes censeantur nominati, ut attento valore emphyteusis, omnes æqualiter integrerentur, incipitata emphyteusis in aliquo eorum; de cujus materia vide supr. notata in verb. Foreiro, que instituir muitos herdeiros, a quem pertença o foro, se ha de encabeçar em hum só, &c.

Quid autem si emphyteuta instituat aliquem heredem in re certa, non dato cohærede universalí, an iste heres censeatur nominatus? vide Sperel. tom. 1. dec. 73. à n. 63., & vide etiam Valasc. de Jur. emphyt. q. 43.

n. 10. Et vide ad materiam hujus Ordinationis sequens arestum, quod annotavit Senator Joann. Alvar. da Costa: *Quidam, nomine Alfonsus Leitão de Sousa, suum condidit testamentum, & in eo heredem instituit consanguineum, & in suam medietatem certa bona immobilia assumpit, & ex eius vinculum erexit, functoque vita, conjux vidua petens divisionem, inventa non fuerunt illa bona libera ultra vinculata, sed tantum emphyteuses aliqua, quas sibi adjudicari petebat, ut pote emptas à defuncto; è contra replicabat heres, quod ipse nominatus censebatur, & quod omnia bona immobilia ad eum pertinebant, tamquam heredem, & vocatum ad vinculum, & quod vidua in pecunia sua pars solvi, & adjudicari necessariò veniebat. Uni ex Judicibus placebat divisionem aque faciendam, quia heres in emphyteusi nominatus à Lege erat, & vidua nullum prajudicium inferri posse ex vinculo, quod erigendum erat ex pecunia, & bonis, que supererant. Fuit tamen evictum, quod vinculum sustineretur in bonis à testatore designatis, & quod heres per fiduciocommissum tacitum, emphyteuses intra medietatem viduae restitueret, ex doctrina Cald. de Nominat. q. 8. n. 8., quam tamen appositi non adductam aliquis dicet, sed juvat multum: & uno, vel altero modo aque sit divisio inter viduam, & heredem: & ego potius suffragio negleto adhaererem.*

(c) Vide supra verb. Foreiro, que tomou foro para si, e certas pessoas, finando-se abintestato sem nomear, e sem ascendente, nem descendente, &c.

Ad verb. Sem descendente, ou ascendente. Quid si habeat avos ex parte patris, & ex parte matris, dubium est, quis eorum succedere debeat in emphyteusis? vide ad resolutionem sequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Costa, ibi: *Fuit dubitatum, se morrendo huma neta sem nomear, e deixando dous avós, paterno e materno, qual delles havia de succeder; buns disserão que se dividisse a estimação; outros que succedesse o que fosse mais velho; outros que o paterno: Eu disse que o materno, porque pela sua parte viera o prazo, e se presumir ser esta a mente do senhor direito. Porém que preceda o avô varão, e entre os varões o mais velho, parece se tira do §. 3. juncto §. 2.*

(d) Si pater in vita dotaverit filio emphyteusim, quam emit, tenebitur ipse filius, post mortem patris, ejusdem emphyteusis valorem conferre, ut disponitur in hac Ordinatione, & agnoscent, ac exornant Cald. de Nominat. emphyt. q. 18. num. 1. & 2., Valasc. de Partition. cap. 13. n. 126., Carvall. in cap. Raynaldus, de Testam. p. 4. cap. 1. num. 185., Mend. à Castr. in L. Cum oportet. Cod. de Bonis, quæ liber. p. 2. num. 90., Pinheir. de Emphyt. diff. 5. seq. 2. n. 28., Guerreir. de Division. tract. 2. lib. 2. cap. 12. num. 53. & 54.

Et an jus petendæ renovationis debeat attendi in valore emphyteusis, ut illius pretium augeatur in collatione, vide bene Guerreir. de Division. lib. 2. cap. 8. à n. 109., Cordeir. de Jur. emphyt. dubit. 33. à n. 59., ubi plures alios referunt. Et si pater reservaverit sibi usum-fructum, quando filio emphyteusim in vita donaverit, an etiam tunc debeat filius estimationem conferre, vide latissimè Cordeir. de Jure emphyt. dubit. 32. ex n. 7. Et vide supra verb. Conferir deve o filho a valia do prazo, &c.

(e) Concordat Ord. lib. 3. tit. 45. §. 1.

(f) Vide supra verb. Erro do Ofício cometido pelo serventuario faz perder o Ofício, &c.; & verb. Escrivão de serventia se cometter alguns erros, &c.

(a) Si-

Nomeando-se alguem por Fidalgo, naõ o sendo, paga cem cruzados, e as custas em tresdobro, *liv. 5. tit. 92. §. 6.*

Nomeando alguem por auctor a pessoa, que lhe vendeo, ou escambou a causa, sobre que he demandado; e vindo este nomeado a Juizo, será ouvido com seu direito naquelle mesmo Juizo, onde he chamado por Auctor, posto que naõ seja daquelle foro, *liv. 3. tit. 45. §. 11. (a)*

Nomeado por auctor, se disser que a causa, sobre que he a contendia, a houve d'El-Rey por mercê, e que pertence á Corôa, será re-

mettido o feito ao Juizo da Corôa, *ibid. (b)*

Nomeando alguem por auctor ao senhor da causa, sobre que se lhe faz demanda, dizendo que he lavrador, colono, inquilino, rendeiro, ou procurador; e querendo o Auctor seguir a demanda, fará citar o senhor, que he nomeado; e vindo este a defendê-la, será ouvido com seu direito perante o Juiz do seu foro, *ibid. §. 10. (c)*

Nomeando alguem outra pessoa por auctor, sobre a causa, que lhe demandaõ, o deve fazer antes de abertas, e publicadas, *liv. 3. tit. 45. §. 2. (d)*

NO-

(a) *Siquis vendiderit rem, & postea emptor vocetur ad judicium ad sustinendam actionem reivindicatrix, potest ipse emptor laudare venditorem in actorem, ut eum defendat, actionemque in se suscipiat, & talis laudatus tenetur subire judicium in foro emptoris, ubi actio fuit ab actore agitata, quamvis privilegiatus sit ratione fori; Petr. Barbos. in L. Venditor. 49. ff. de Judic. n. 99. & 136., Gam. dec. 332. n. 1., Gom. lib. 2. Var. cap. 2. num. 39. versic. Item addit. quod talis venditor., Carleval de Judic. tit. 1. diff. 2. n. 663., Altimar de Nullit. sentent. tom. 1. rubr. 4. q. 6. num. 1.*

Hoc etiam procedit in Clerico, qui si fuerit laudatus in auctorem propter rem, quam vendidit, tenetur respondere in Judicio seculari: nam licet haec conclusio controversia valde fuisse inter DD., attamen apud nos omne dubium sublatum est per Ord. lib. 2. tit. 1. §. 11., ubi disponitur, quod Clericus si fuerit laudatus in Judicio seculari, debet in illo respondere; & hancmet conclusionem de jure firmant Molin. de Just. & Jur. tract. 2. diff. 380. n. 15. & 16., Cald. de Empt. & Vendit. cap. 31. à num. 82. & seqq., Gom. lib. 2. Var. cap. 2. n. 39. versic. Item addit. quod talis venditor., Cyriac. controv. 389. n. 10. & 11., Petr. Barbos. in d. L. Venditor. 49. à n. 139., Carleval de Judic. tit. 1. diff. 2. à n. 664., Cancer. p. 1. Var. cap. 14. n. 99., & p. 2. cap. 13. n. 75., & p. 3. cap. 15. à num. 130. versic. Circa predicta. & n. 137., Guzman de Evict. q. 7. à n. 1. pricipue à num. 10., Gabr. Per. de Man. Reg. p. 2. cap. 32., Cortiad. tom. 1. dec. 30. n. 149. & 150., & tom. 3. dec. 178. n. 3.

(b) *Licet aliqui DD. teneant Fiscum auctorem laudatum debere causam defendere in judicio, in quo agitatur, ut dicit Barbos. in L. Venditor. 49. ff. de Judic. n. 151., Cancer. p. 2. Var. cap. 16. n. 42., Altimar de Nullitat. sent. rubr. 4. q. 6. n. 3.; attamen contrarium sequuta fuit haec Ordinatio, decernens, quod si Reus dicat rem ad Coronam pertinere, debet causa remitti ad Judicium Coronæ; quam conclusionem firmant Barbos. in d. L. Venditor. ff. de Judic. n. 152., Cancer. p. 2. d. cap. 16. num. 44., Carleval de Judic. tit. 1. diff. 2. n. 703., Guzman de Evict. q. 8., Altimar de Nullit. sent. rubr. 4. q. 6. n. 3., Salgad. in Labyrinth. credit. p. 1. cap. 7. n. 15. & 16., Amaya in L. Si minori. n. 30. Cod. de Jur. Fisc. lib. 10., Cortiad. dec. 256. n. 1., ubi latissimè agit de materia.*

Quid autem si Reus conventus super re, quam emit a Fisco, laudaverit Procuratorem Fiscalem, an debeat causa remitti ad suum judicium; vide sequentem Notam Senatoris Oliveira, ibi: *Quid, quando se houve a causa por compra do Fisco da Inquisição, se chama o Procurador Fiscal a anotaria? Resolvo-se, e julgo-se que naõ tinha o privilegio do Procurador da Fazenda, e que devia assentir, se lhe parecesse no mesmo Juizo, em que a causa corria; em hum processo do Juizo dos Resíduos da conta do testamento de Brites Pereira, entre partes o Promotor com Antonio de Brito Freire no anno de 1645. Este feito ainda corria no anno de 1686. com Fernão Cabral, Senhor de Belmonte, no Cartório de João Rodrigues Cardoso. Outro caso refere Oliveira in Addit. ad cap. I. de Muner. Provisor. n. 53., e em ambos foi bem julgado, se os bens estavão sómente no sequestro do Fisco; porém se já estavão*

*confiscados, e adquiridos ao Fisco Real tem alguma dúvida, pela razão do Absento da Relação de 23. de Março de 1673. (quod est in Ord. lib. 3. tit. 67. Collect. 3. n. 1.) e do Regimento das Confiscações §. 53. & §. 29., & vide Gabr. Per. cap. 32. n. 5., Boler. de Decolar. tit. 2. q. 4. n. 36. & 37.*

(c) *Si colonus, seu inquilinus Ecclesiae, aut Clerici, vel alia similis persona, quae nullum habeat jus in re, conveniatur ab aliquo, & iste laudet dominum rei, debet ipse dominus audiri in Judicio sui fori, si rem defendere velit, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenet Petr. Barbos. in L. Venditor. 49. num. 126. 127. 128. & 144. ff. de Judic., Cyriac. controv. 383. à n. 12., Sperel. dec. 24. ex n. 1., Reynos. obser. 18. à n. 5., Gabr. Per. de Man. Reg. cap. 32. n. 6. 7. & 8., Vela disserr. 19. num. 61. & 62., Cald. de Empr. & Vendit. cap. 31. n. 84., Cancer. p. 2. Var. cap. 13. n. 75., Guzman de Evict. q. 7. n. 19., Cortiad. dec. 178. ex n. 14.*

Sed ad hoc ut actor laudatus possit declinare forum, debet probare illum colonum, aut inquilinum, qui eum nominavit, à se causam habere, & quod ipse est in possessione illius rei, super qua litigatur; Barbos. in d. L. Venditor. 49. n. 128. ff. de Judic., Guzman de Evict. q. 7. n. 22. versic. Tamen., Ansald. de Jurisdicç. p. 3. tit. unic. cap. 11. n. 11., Cyarlin. controv. For. lib. 2. cap. 171. num. 25., Sperel. dec. 24. n. 23. 25. 27. & 28., & ita judicatum refert Cortiad. dec. 178. n. 17. Si verò is, qui à principio fuit conventus, fateatur se possidere, & postea nominet aliam personam tamquam dominum, tunc non obstante nominatione poterit condemnari per Judicem, coram quo fuit lis agitata; Afflict. dec. 126., Guzman de Evict. q. 7. n. 23., Cortiad. dec. 178. n. 19.

Et nota, quod si colonus, aut inquilinus, vel alia similis persona, quae alieno nomine possidet, laudaverit Dominum, & Actor non obstante nominatione item prosequatur contra colonum, non poterit contra eum obtinere, ut tenet judicatum Peg. For. tom. 3. cap. 23. n. 84. & 85. Et an emphyteuta conventus possit nominare dominum directum; & si dominus fuerit Clericus, an possit declinare forum? vide Gam. dec. 332., Barbos. in L. Venditor. 49. à n. 129. ff. de Judic., Gabr. Per. de Man. Reg. p. 2. cap. 28. n. 2., & cap. 32. n. 7. & 8., Sperel. dec. 24. n. 14., & dec. 121. num. 20., August. Barbos. de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 1. n. 119., Cancer. lib. 1. Var. cap. 14. n. 99., Cyarlin. controv. For. lib. 1. cap. 17. à n. 6.

Et an operarius à Clerico conductus, si coram laico Judice, de turbativa, vel furto, vel damno dato accusetur, & nominet Clericum in auctorem, possit ipse Clericus declinare forum secularare, ad hoc ut causa remittatur ad Judicium Ecclesiasticum: vide latissimè Sperel. tom. 1. dec. 24., qui hanc questionem proponit, expendit, & resolvit; & eo citato, Cortiad. dec. 178. in fin.

(d) *Quando quis intendit aliquem laudare, ut actinem, seu defensionem rei, quae sibi in judicio petitur, in se suscipiat, debet hanc denuntiationem facere ante terminum probationis, ut declarat haec Ordinatio; quia talis denuntiatio debet fieri, dum venditor habet legitimum tempus ad probandum allegationes de jure suo;*

NOMEAR deve o Reo por Auëtor a pessoa, de quem houve a causa móvel, ou de raiz, que lhe demandaõ, para poder cobrar delle a mesma causa, *liv. 3. tit. 44. in princ.* (a)

NOTA do Taballiaõ se se perde, se pôde provar o notado della, *liv 3. tit. 60. §. 6.* (b) NOTARIOS Apostolicos pôdem sómente fazer escripturas de intimação, de appellação, e notificações, e escripturas de insti-

Covarr. *lib. 3. Var. cap. 17. num. 8.*, Molin. *de Just. & Jur. tract. 2. disp. 380. n. 10.*, Gom. *tom. 2. Var. cap. 2. num. 39.*, Petr. Barbos. *in L. Venditor. 49. n. 85. & 86.*, Hermosilh. *L. 32. glof. 3. tit. 5. part. 5. n. 71.*, Cald. *de Empt. & Vendit. cap. 31. n. 80.*, Aylon *ad Gom. tom. 2. Var. cap. 2. sub n. 40. versic. Denuntiationem fieri debere.*, Guzman. *de Evict. cap. 12. n. 1. & 2.* Et licet de jure communi possit Reus auctorem laudare in gradu appellationis, ut tenent ferè omnes supra citati DD.; attamen de Jure nostro non admittuntur, nisi tantum in prima instantia, ut ait Cald. *d. cap. 31. n. 81.*, qui benè de materia loquitur.

(a) Emptor, qui emit aliquam rei, si postea super eadem re in judicium vocetur, debet denuntiare litum venditori suo, ut ipse liti assistat, & veniat ad ejus defensionem, ad hoc ut possit agere postea de evitacione adversus eundem venditorem; ut declarat haec Ordinatio, & tenent Gom. *tom. 2. Var. cap. 2. n. 39. versic. Item alde*, Covarr. *lib. 3. Var. cap. 17. n. 6.*, Petr. Barbos. *in L. Venditor. 49. n. 7. ff. de Judic.*, Molin. *de Just. & Jur. tom. 2. disp. 380. n. 9.*, Garc. *de Expens. cap. 23. n. 18.*, Castilh. *lib. 4. Controv. cap. 42. num. 95.*, Cancer. *p. 1. Var. cap. 13. n. 63. versic.* Et præter id., Gam. *dec. 79. n. 1.*, Guzman. *de Evict. q. 4. n. 4. & per tot.*

Quid autem si vendor promittat in contractu se item defensurum, & ad hoc apponat juramentum, an etiam in isto casu semper denuntiatio requiratur? vide Cov. *lib. 3. Var. d. cap. 17. num. 4. versic. Que quidem.*, Cald. *de Empt. & Vendit. cap. 31. n. 68. & 70.*, Gratian. *For. cap. 175. num. 30.*, Gutierrez. *de Juram. confirmat. cap. 61. n. 19.*, & sub n. 20., Guzman. *de Eviction. quest. 4. n. 57. & n. 72.*, Hermosilh. *L. 32. glof. 3. tit. 5. part. 5. n. 8.*

Et si vendor sit jam mortuus, an debeant laudari, seu nominari ejus hæredes? affirmativè resolvit Gom. *tom. 2. Var. cap. 2. n. 39. versic. Item alde, quod mortuo venditore.*, Cald. *de Empt. & Vendit. cap. 31. n. 77.*, Hermosilh. *L. 33. glof. 1. tit. 5. part. 5. num. 26.*, & glof. 4. artic. 3. n. 38., ubi latè materiam pertractat, & eum consule, & Sylvam, qui ad hanc Ord. plura eruditè congesuit.

(b) Vide supra verb. *Escriptura*, sendo perdida a Nota, se pôde provar por testemunhas, &c.

(c) Vide supra verb. *Escripturas de insitnicioes, confirmações de Beneficios, e datomada da posse delles, podem fazer os Escrivães dos Vigarios, &c.*

(d) Judices antequam administrationem officii assument, tenentur jurare fideles Principi esse, & illius Constitutiones servare; & hoc juramento præterinquo, nullius erunt momenti, quæ per eos gesta fuerint; ex Text. *in L. Rem non novam. 12. cum Authent. Hodie*, Cod. *de Judic. cap. Quanto, & cap. Venientes, de Jur. jurand.*, Cancer. *p. 3. Variar. cap. 13. n. 328. & 329.*, Xainar. *de Officio Judic. p. 1. q. 24. n. 151.*, Fontanel. *de Past. nuptial. tom. 2. claus. 6. glof. 2. p. 2. n. 15.*, Conciol. *ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 7. n. 1.*, August. Barbos. *ad Text. in L. Rem non novam. 12. n. 2. Cod. de Judic.*, Calder. *tom. 1. dec. 4. n. 7.*, Peg. *tom. 1. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 1. n. 1. & seqq.*

Et an saltem valeant acta, & sententiae, si communiter jurisdictionem exercerant secundum dispositioinem L. *Barbarius. ff. de Offic. Prætor.* vide Calder. *d. dec. 4. num. 4. & num. 22.* Et an officii possessio acquiratur sine juramento, vel solum exercitium? vide Galeot. *in Respon. liss. al. 7. à num. 18.* Et an justè puniatur resistentia adversus Judices, qui ante ingressum officii juramen-

tuiçoës, e confirmações de Beneficios, e de tomada de posse delles, e outras semelhantes, *liv. 2. tit. 20. (c)*

## NU

**N**ULLOS saõ todos os actos feitos pelos Juizes, que servirem seus officios, antes de tomarem juramento, *liv. 1. tit. 2. §. 15. (d)*

Nullos saõ todos os actos feitos por Juizes incompetentes, *liv. 1. tit. 5. §. 8. (e)*

Nullos

tum non præstarunt? vide Calder. *d. dec. 4. ex num. 3.*

Et an Judices ultra hoc juramentum præstitum à Cancellario debeant iterum jurare, quando capiunt possessiones Officiorum in loco, ubi illa exerceenda sunt, præsentibus Decurionibus? vide Bovadilh. *in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 7. à n. 18. & 19.*, Paris. *de Put. de Syndicat. verb. Officiales. cap. 4. in fin.*, Aviles *ad Capita Prætor. in Proœm. glof. fin. n. 14.*, Avendaño *in cap. 2. Prætor. n. 2. versic. Juramentum.*, qui tenent sequendam esse in hoc casu loci consuetudinem.

Et an hoc juramentum possit præstari per procuratorem? vide Peg. *tom. 1. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 1. n. 6.*, & quæ supra notavimus in verb. *Juramento se dñ. a todos os Officiales, antes que começem a servir seus Officios, &c.* Et an Judex Ecclesiasticus possit procedere adversus hos Officiales ratione transgressionis juramenti, si male se habeant in administratione officiorum? vide Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 2. ex n. 11.*, Villarroel. *Governo. Ecclesiast. p. 2. q. 15. art. 1. & 2.*

(e) Defectus jurisdictionis irritat omnes actus factos ab eo, qui se pro Judice gerebat; nam validitas actuum, quæ geruntur a Judice, ab ejus jurisdictione dependent; de quo vide Guazin. *de Defens. reor. defens. cap. 1. n. 1.*, Salgad. *de Supplicat. ad Sanctif. p. 1. cap. 10. n. 95.*, Altimar. *de Nullit. sentent. rubr. 9. q. 1. à n. 1.* Et haec nullitas potest opponi quocumque tempore, ad infringendos, vel annullandos actus à Judice incompetentis factos; & in quacumque parte Judicij, & litis, & etiam post latam sententiam; Petr. Barbos. *in L. Titia. sub n. 31. ff. de Solut. matrim.*, & *in L. Siquis ex aliena. 5. n. 70. ff. de Judic.*, Larrea. *dec. 10. sub n. 10.*, Valasc. *conf. 65. in princ.*, Fermosin. *in cap. At si Clericus. 4. q. 7. de Judic.*, Clar. *in §. fin. q. 36. n. 5.*, Carleval. *de Judic. lib. 1. diff. 2. n. 811. versic.* Et quidem, Bovadilh. *in Politic. lib. 2. cap. 18. n. 186.*, Gam. *de Sacram. præstand. 7. 5. n. 25.*, Cancer. *p. 1. Var. cap. 8. n. 8.*, & p. 2. *cap. 2. n. 153.*

Et etiam adversus tres sententias conformes; Covarr. *Practic. cap. 25. n. 4.*, & *cap. 33. n. 2. versic. Imò.*, Guatier. *Practic. lib. 1. q. 96. n. 8.*, Gam. *de Sacram. præstand. d. n. 25. versic. Pro quo etiam facit.*, Cabed. *p. 1. dec. 22. n. 3. & 4.*, Valasc. *conf. 65. in princ.*, Carleval. *de Judic. d. diff. 2. sub n. 811. versic.* Et quidem, Fontanel. *dec. 376. n. 10. p. 2.*, Altimar. *de Nullit. sentent. rubr. 9. q. 1. n. 6.* Quia haec exceptio incompetentiæ non est propriè exceptio, sed defensio; Scacc. *de Appellat. q. 19. remed. 1. concl. 3. n. 3.*, Carleval. *de Judic. tit. 3. diff. 16. n. 20.*, Fontanel. *dec. 452. n. 7. & 8.*, Altimar. *de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 36. n. 362.*, & nulla major nullitas inveniri potest, quam illa, quæ resultat ex defectu jurisdictionis, & ideo nunquam censetur rejecta ab Statuto excludente omnes exceptiones, & omnes nullitates; Gloss. *in Clement. 1. de Sequestrando. posse.*, & ibi Barbos. *n. 43.*, & in cap. *At si Clerici. 4. n. 3. in fin. de Judic.*, & in tract. *de Clausulis. claus. 131. n. 13.*, Petr. Barbos. *in L. Siquis ex aliena. 5. n. 180. ff. de Judic.*, Covarr. *Practic. cap. 25. n. 4.*, Gom. *tom. 2. Var. cap. 12. n. 8. in fin.*, Gam. *de Sacram. præstand. q. 5. n. 25. versic. Pro quo etiam.*, Altimar. *de Nullit. sent. d. rubr. 9. n. 7.*

Quod adeo verum est, ut quamvis pars juret se de nullitate non oppositum, nihilominus opponere potest defectum omnimodo incompetentiæ; Azeved. *in L. 2. n. 28. tit. 5. lib. 4. Nov. Recopilar.*, August. Barbos. *in cap. Ad si Clerici. 4. n. 3. de Judic.*, Fermolin. *in rubr. q. 3. n. 6. de For. compet.*, Cyriac. *controv. 499. n. 6.*, Altimar. *de Nullit. rubr. 9. q. 1. n. 15.*

(a) Omnia

Nullos saõ todos os despachos , e sentenças , em que se naõ guardarem as Ordenações , *liv. I. tit. 5. §. 4. (a)*

Nullos sendo os feitos crimes , que vaõ á Relação por falta de alguma solemnidade , ou por algum erro , que houvesse no procedimento , se supre o defeito , sem se annullar o processado , *liv. I. tit. 5. §. 12. (b)*

Nullo he todo o processado na appellação , que for interposta de sentença , que couber na alçada do Juiz , *liv. I. tit. 6. §. 20. (c)*

Nullos saõ os termos de perguntas , e confissões feitas em causas crimes , ou civeis ,

naõ sendo assignadas pelo Juiz , e pelo Reo , *liv. I. tit. 24. §. 20. (d)*

Nullos saõ todos os termos prejudiciaes , assim como renunciações , fianças , cauções , louvamentos , pactos , e convenções feitos em Juizo , e procurações , naõ sendo assignados pelas partes , *liv. I. tit. 24. §. 21. (e)*

Nullos saõ os actos processados em feitos da Corôa , em que he parte o Procurador della , como tambem o despacho das suspeiçãoes postas a algum Juiz dos mesmos feitos , sem elle estar presente , *liv. I. tit. 12. §. 2. (f)*

### Nullas

(a) *Omnia contra Legis formam gesta nullitatis vi-*  
*tio laborant, ut ex pluribus Ordinationis locis, aliis-*  
*que juribus latè comprobant Peg. tom. I. ad Ord. lib. I. tit. I.*  
*§. 12. glof. 82. n. 1. & seqq., & tom. 2. tit. 3. §. 7. glof. 16. n. 1.,*  
*& tom. 7. lib. I. tit. 9. 3. ad princip. glof. 2. n. 8. Nam aut Lex*  
*aliquid prohibet fieri, aut dat formam ad actum facien-*  
*dum; si prohibet, est omnino nullus omnis actus, qui*  
*operatur contra prohibitionem legis, etiam si ipsa Lex*  
*expressè non annullet, ex Text. in L. Non dubium. Cod.*  
*de Legib., Suares de Legibus. lib. 5. cap. 25. n. 1. in princip. &*  
*num. 2., & cap. 27. num. 2., Farinac. in Fragm. crimin. p. 2.*  
*verb. Lex. n. 170., Mend. in Prax. p. 2. lib. I. cap. 2. n. 144.,*  
*Britt. in cap. I. de Locat. p. 2. n. 39., Altimar de Nullitat. con-*  
*tract. rubr. I. p. 5. q. 48. sub n. 19.*

Sed hæc conclusio plures patitur limitationes , quas congerit idem Farinac. ex n. 216. cum seqq. , ubi eas vide re poteris . Contrarium tamen , scilicet , quod ex sola prohibitione non possit inferri nullitas ipso jure , nisi annullatio addatur prohibitioni , tenet cum pluribus Velasc. de Judic. perfect. rubr. 9. annot. 12. §. 2. ex n. 16. & seqq. , Molin. de Just. & Jur. tract. 2. diff. 88. n. 14.

Si Lex dat formam ad actum faciendum , & ipse actus fiat contra formam à lege præscriptam , nullus est , ex Text. in L. Cum bi. §. Pretor. ff. de Transact. , & cum pluribus aliis Farinac. in Fragment. verb. Lex. num. 204. , Suares de Legib. lib. 5. cap. 31. n. 1. , Tiraquel. in L. Si umquam. Cod. de Revocand. Donation. verb. Revertatur. num. 67. , Peg. tom. I. ad Ord. lib. I. tit. I. §. 12. glof. 82. n. 1.

Quod tamen intellige , quando forma , quæ omittitur est substantialis , & necessaria , secùs si non sit substantialis , sed accidentalis ; Suares de Legib. lib. 5. cap. 31. n. 2. , Farinac. in Fragm. d. verb. Lex. n. 220. , August. Barbos. Axiom. 12. n. 24. , Peg. d. glof. 82. n. 3. Plures alias declaraciones vide apud Farinac. in loco supra citato.

(b) Vide supra notata in verb. Desembargadores , que despacharem feito crime , em que por falta de alguma solemnidade , ou por qualquer via se possa annullar , &c.

(c) Si Judex sententiam proferat super quantitate , quæ ejus jurisdictionem non excedit , non potest appellatio ab hac sententia recipi , nec Superoiores de ea cognoscere possunt , ut disponitur in hac Ordinatione , & in hoc lib. I. tit. 90. §. 1. , & lib. 3. tit. 70. §. 6. , & tit. 79. in princip. , & tit. 87. §. 12. , Cabed. p. I. dec. 21. , Mend. in Prax. p. I. lib. 3. cap. 19. n. 2. , Peg. For. cap. 15. n. 218. , Sapientiss. D. D. França in suis Addit. ad Mend. à Castr. d. cap. 19. n. 4. ; & si forte appellatio interponatur , erit nullus processus ejusdem appellationis , ut decernitur in hac Lege ; quia talis appellatio est prohibita , etiam quoad effectum devolutivum , ut probat Sylv. ad Ord. lib. 3. tit. 70. §. 6. n. 20. Nec etiam potest gravamen interponi ab interlocutoriis , quando in causa principali Judex habet jurisdictionem , Leit. de Jur. Lusit. tract. I. q. 6. à n. 75.

Quid autem si Judex recipiat appellationem in causa , quæ non excedit illius jurisdictionem , an pars pos-

sit gravamen interponere per petitionem , aut instrumentum ? videtur , quod solummodo debet interponere gravamen in actu processus , ex Ord. lib. 3. tit. 70. §. 8. Sed contrarium est verius , quia hoc speciale est , quando appellatio est interposita in causa , quæ non excedit jurisdictionem , ex Ord. lib. I. tit. 58. §. 25.

Et si per instrumentum gravaminis provisum sit parti , ut talis appellatio recipiatur , an possint postea Judices controvertere , an sit casus appellationis , aut non : resolve cum Cabed. p. I. dec. 46. , Gabr. Per. dec. 43. n. 1. , & dec. 55. n. 4. , de quo vide sequentem Notam Senatoris Themud. ad Ord. lib. 3. tit. 70. §. 6. , ibi : *Quid si Ju-*  
*dex non recepit appellationem, & pars per instrumentum gravami-*  
*nis obtinuit, ut reciperetur, & quando acta appellatoria vadunt*  
*ad Judices appellationis, intelligunt, quod non debuit recipi talis*  
*appellatio? judicatum fuit non posse hoc controvertere; sed Ca-*  
*bed. p. I. dec. 46. dicit contrarium opinionem sibi magis placuisse,*  
*& cogitandum relinquit.*

(d) Ad validitatem alicujus confessionis à parte factæ , requiritur ipsius partis subscriptio , aliter nullum producit effectum , ut disponitur in hac Ordinatione , & tenet Valasc. de Jur. emphyt. q. 7. n. 12. , & de Partition. cap. 15. n. 7. , Mend. à Castr. p. I. lib. I. cap. 2. n. 32. , & lib. 5. cap. I. n. 75. , Peg. For. cap. I. n. 13. Et si scribere nesciat , debet saltē signo Crucis , vel alio simili confessionem signare ; ex L. fin. in princ. Cod. de Jur. deliber. , Cald. de Empt. & Vendit. cap. 34. n. 14. , Moraes de Execut. lib. 4. cap. I. n. 38. , Ord. lib. I. tit. 74. §. 1.

Ex quo videtur deduci posse , quod confessio facta in articulis nihil probat , nisi à parte subscribatur ; sed communis opinio est in contrarium , ut tenent DD. , quos supra retulimus in verb. Confissão feita nos artigos he prova legitima ; & tenet Peg. de Interdict. major. ut possebor. cap. II. n. 720. Sed hoc procedere solummodo in articulis productis ab Actore , ut habeant viam confessionis , non verò in Reo , tenet Valenzuel. conf. 27. num. 32. Et etiam hoc procedere solummodo in articulis affirmativis , & non in simplicibus , in quibus pars dicit , volo probare , tenet Ros. conf. 56. n. 15.

(e) Omnia pacta , actusve præjudiciales apud acta gestos , debent à partibus subscribi , aliter nulla sunt , ut declarat hæc Ordinatio , cum qua concordat alia Ordinatio lib. I. tit. 79. §. 5. versic. Eos termos. , Valasc. de Jur. emphyt. q. 7. n. 12. , Moraes de Execut. lib. 4. cap. I. n. 33. , Mend. à Castr. p. I. lib. 3. cap. 21. n. 42. , Thom. Vaz alleg. 72. num. 5. Et an in istis casibus ultra subscriptio nem partium requirantur etiam testes ? affirmative resolvit Tondut. de Prevent. p. 2. cap. 44. n. 17. , Affl. dec. 135. , Cancer. p. 2. Var. cap. 2. n. 240. Sed hæc Ordinatio talem solemnitatem non exigit ; ideo apud nos hujusmodi conventiones valebunt sine testibus , quando Judex eas mandat scribi , ut ait Thom. Vaz alleg. 72. n. 6.

(f) Processus ordinatus super bonis Regiae Coronæ absque citatione Regii Procuratoris , & etiam sententia lata absque ejus interessentia , est omnino nullus , ut declarat

Nullas são as sentenças dadas nas appellações dos votos de San-Tiago em outro Juizo, que não seja o da Corôa, *liv. I. tit. 40.*

*§. 2. (a)*

Nulla he a primeira citação, que os Corregedores do Cível mandarem fazer a alguma parte, para jurar em sua alma, com a declaração, de que não vindo, se ha de referir o juramento ao Auctor, *liv. I. tit. 49. §. 1. (b)*

Nullas são as Posturas das Camaras, que se

clarat hæc Ordinatio, cum qua concordat alia Ord. *lib. I. tit. 9. §. 3., & tit. 13. in princ. & §. 4., & est Text. in L. Si Fiscus. 7. ff. de Jur. Fisc. L. Rationales. Cod. de Advocat. Fisc., Larrea alleg. Fisc. 1. n. 28., & alleg. 71. n. 4. & 107. n. 1., Cabed. p. 2. dec. 119. n. 5. & 6., Amay. in L. unic. Cod. de Sentent. advers. Fisc. lat. ex n. 5., Solorzan. de Jur. Indian. tom. 2. lib. 4. cap. 6. ex num. 14., Portug. de Donation. tom. 2. cap. 37. à n. 15., Peg. tom. 3. ad Ord. lib. I. tit. 9. §. 3. glos. 5. n. 1. & 2., Altimar de Nullit. sent. rubr. 12. q. 21. num. 47., Guerreir. de Recusat. lib. 2. cap. 14. n. 12. Quia Procurator Fiscalis aperit viam Judicibus, & eorum est socius, & coadjutor, & quasi conjudex; Fajard. alleg. Fisc. 9. n. 227. 228. & 229. Sed si sententia proferatur in favorem Fisci, non erit nulla, etiam si Procurator Regius non interfit; Cabed. p. 2. dec. 119. n. 5., Portug. de Donat. p. 3. cap. 37. n. 16., Peg. tom. 3. ad Ord. lib. I. tit. 9. §. 3. glos. 5. n. 2., Ofor. de Patronat. Reg. resol. 100. n. 13.*

Intellige tamen hanc Ordinationem procedere tantummodo in sententiis definitivis, non autem in interlocutoriis, secundum praxim, de qua testatur Senator Oliveira in sequenti Nota, ibi: Entende-se esta Ordenação nas sentenças definitivas, e não nas interlocutorias, e assim se pratica; de quo Cancer. p. 3. Var. cap. 17. n. 156.

Adverte etiam, quod dispositio hujus Ordinationis non procedit in Resolutionibus Senatus Palatini, vulgo nos Absentos, que se tomão no Desembargo do Paço; quia possunt expidiri absque assistentia Regii Procuratoris, ut tradidit Ofor. de Patronat. Reg. resolut. 100. ex n. 4. Ad verb. Como também o despacho das suspeções, vide Costa de Syl. Dom. Supplicat. annot. 9. n. 9., & sequentem Notam Senatoris Oliveira, ibi: Vindo-se com suspeição a hum Desembargador do Paço, em negocio, que tocava á Corôa, e querendo o Procurador della, e o da Fazenda assistir ao dar das vozes, resolveo Sua Magestade que devia ir a Casa do Chanceler mor; e forão convidados por seu recado, conforme ao Decreto, que sobre isto se passou em 19. de Junho de 1703. na suspeição, com que veio André Lopes de Oliveira ao Desembargador Jérôme Vaz Vieira.

(a) Hujus voti meminit Text. in cap. Ex parte. 18. de Censib., ubi Gonzales; & vide Caldas conf. 43. n. 5. & 16. & seqq., Gabr. Per. de Min. Reg. cap. 14., Balmased. de Collect. q. 29. ex n. 17. Et vide Concord. Regis Joann. I. cuius verba transcribit Gabr. Per. de Min. Reg. cap. 13. n. 1. Et vide qua notantur in verb. Juiz da Corôa do Porto conhece das appellações, que vierem d'ante quæsquer Juizes sobre os votos de San-Tiago, &c.

(b) Ad materialem hujus Ordinationis, vide omnino Peg. For. cap. 2. per tot. & supra verb. Corregedor do Cível da Cidade de Lisboa não mandará citar pessoa alguma para jurar em sua alma, pondo-se-lhe a comminação na primeira citação, &c. Et vide sequentes Notas, prima Senatoris Themudo, ibi: Esta Ley be particular nos Corregedores de Lisboa pelo temor de calamitas; e a Ley callou a causa; e o mesmo respeito teve a Ord. liv. 5. tit. 83., vide Auth. de Testib. col. 7., donde nas testimunhas, que havião de testemunhar em Constanti-nopla se posse a forma, posso que alli se fez pro decore urbis, e aqui se celot propter decus urbis.

Secunda est Senatoris Oliveira, ibi: Vide latissime Peg. For. cap. 2., & potest etiam fundiri hæc Ordinatio ex iis, que Berlich. p. 2. dec. 206. Sed tamen fura do Juizo dos Correge-

fizerem contra a forma das Ordenações, e poderão os Corregedores annullá-las, *liv. I. tit. 58. §. 17. (c)*

Nulla he a citação feita aos Testamenteiros pelos Provedores, ou seus Officiaes, para darem conta do cumprimento dos encargos, antes de ser passado hum anno, e hum mez, *liv. I. tit. 62. §. 4. (d)*

Nulla he a compra, que o Testamenteiro fizera dos bens do Testador, ou seja por si, ou por interposta pessoa, *liv. I. tit. 62. §. 7. (e)*

Nulos

dores da Cidade, de que falla esta Ordenação, o que se observa nos outros he, que pela primeira citação não apparendo a parte na audiencia, se deferre juramento ao Auctor.

Tertia est Senatoris Joann. Alvar. da Costa, ibi: Nota, que em 24. de Septembro de 1701. se deu provimento de Ordenação não guardada por cinco Juizes, e parecer de seu Regeedor, annullando-se a sentença do Corregedor da Cidade, por proceder deferindo juramento ao Auctor, pelo Reo não aparecer, por virtude da primeira citação, ainda feita por Escrivão; no feito entre partes Jeronymo Lopes Campos, e Manoel de Aguiar, Escrivão Manoel Leitaõ de Sousa.

(c) Vide supra notata verb. Corregedor da Comarca achando quo as Posturas da Camara são prejudiciaes ao Povo, &c., & vide Fragos. de Regim. Reip. p. 1. disp. 3. §. 1. n. 208.

(d) Executoribus testamentariis concessus est terminus unius anni, & mensis, ad satisfacienda legata à testatore relicta, si ipse testator aliud tempus non prescrisperit, ut disponitur in hac Ordinatione §. 2., Gabr. Per. de Man. Reg. p. 1. cap. 16. n. 1., & à n. 35., Antonel. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 36., Pinheir. in Appendic. ad tractat. de Testam. ex n. 181., Mostaz. de Caus. piis, lib. 1. cap. 12., Fragos. de Regim. Reip. p. 3. lib. 5. diff. 8. n. 498., Themud. dec. 16. n. 4., Oliveir. de Muner. Provisor. cap. 1. §. 7. Et si intra dictum tempus voluntates defunctorum non exequuntur, privantur omni lucro, salario, & legato, quod de jure debeatur, vel à testatore eis relictum fuerit; ex Auth. de Eccles. §. Si quis autem pro redemptione. versic. Si autem, Pinheir. in Appendic. de Testam. §. 4. n. 192. & 193., Peg. tom. 4. ad Ord. lib. I. tit. 62. §. 12. n. 7.

Sed quia tempore, quo hæc Lex condita fuit, Provisores, & Vicarii Episcoporum de voluntatibus defunctorum jure præventionis cognoscebant, itaut ille, qui prius haeredem, seu executorem ad suum Judicium per citationem invitabat, præventionem in eumassequebatur; ideo decrevit hæc Ordinatio, quod nihil prodeisset ad hunc effectum citatio executoris intra annum, & mensem; cum intra hunc terminum non posset aduersus illum jurisdictione exerceri. Sed hæc præventione jam sublata est per Extravag. quam refert Themud. part. 3. dec. 350., & est in Ord. lib. I. tit. 62. Coll. 1. n. 2.

(e) Executores testamentarii non possunt emere bona defunctorum, que administrantur ab illis, neque per se, neque per interpositam personam, & si de facto talia bona simili modo consequantur, ista emptio erit nulla, ut declarat hæc Ordinatio, de cuius materia vide Cald. de Emption. & Vendition. cap. 17. n. 8., Oleam de Ces. jur. tit. 5. q. 13. num. 7., Gutierrez. de Turel. p. 2. cap. 15. n. 1. & 12., Hermosilh. ad L. 4. glos. 9. tit. 5. part. 5. n. 8., Salgad. in Labyrinth. credit. p. 1. cap. 13. §. 2. n. 4., Pinheir. in Appendic. de Testament. §. 3. n. 99., Guerreir. tract. 1. de Inventar. lib. 4. cap. 6. n. 147., Constitut. Episcopat. Portuens. lib. 4. tit. 10. Confir. 10. §. fin. Quam conclusionem limitant Doctores in casu, quo Executor palam, & bona fide emat dicta bona, veluti in subhaftatione facta Judicis auctoritate; Hermosilh. d. L. 4. glos. 9. n. 15., Colt. de Privileg. credit. regul. 1. ampl. 1. à n. 83., Salgad. in Labyrinth. d. cap. 13. §. 2. n. 11., Guerreir. d. cap. 6. n. 147. Sed hæc limitatio excluditur ab hac Ordinatione, que etiam in hoc casu prohibet Executori emptionem bonorum defunctorum.

(a) Dispo.